DE

THEOCRITI VERSU HEROICO.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM VINDOBONENSIUM
ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS KUNST.

LIPSIAE
SUMPTUS FECIT G. FREYTAG

PRAGAE
SUMPTUS FECIT F. TEMPSKY

MDCCCLXXXVI.

DE

THEOCRITI VERSU HEROICO.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM VINDOBONENSIUM
ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS KUNST.

LIPSIAE
SUMPTUS FECIT G. FREYTAG

PRAGAE
SUMPTUS FECIT F. TEMPSKY

MDCCCLXXXVI.

Libellus ex vol. I. 'Dissertationum Vindobon.'
separatim typis exscriptus.

Carolus Fromme, typogr. aulae imp. et r. Vindobonae.

GUILELMO AB HARTEL EQUITI

CAROLO SCHENKL

S.

Per longum temporis spatium viros eruditos, qui in antiquitatis incumbebant studia, et Homeri et aliorum poetarum Graecorum, qui in condendis carminibus huius secuti sunt exemplum et auctoritatem, opera lectitasse amplissimisque instruxisse commentariis neque tamen in rationes metricas ab eius generis poetis observatas accuratius inquisivisse quod miremur vix habebimus, ubi, quanta sit disciplinarum ad scriptores veteres penitus pernoscendos spectantium ubertas, quot quaestiones in unoquoque scriptore tractando sint expediendae, nobiscum reputaverimus. prima vero versus heroici historiae lineamenta G. Hermann demum praeclarissima illa disputatione duxit, quam conscripsit de Argonauticorum scriptoris aetate [1]). quo loco diligentissime discrimen, quod intercedit inter rationes versuum epicorum, qui apud diversos leguntur poetas, exposuit „illorum", ut ipse dicit, „causa, qui ovum non putant ovo similius esse quam, si modo sex pedes habeat, hexametrum hexametro." sed de hac dissertatione valuisse verba alio loco [2]) ab Hermanno ipso prolata, ubi „magnorum virorum esse" ait „reserare claustra et monstrare viam, non quo pone quis sequatur magna impari passu vestigia legens aut ad summum ibidem, ubi ipsi, consistat, sed ut longius alii procedant", satis superque eventu comprobatum est. facto enim inquirendi in versus heroici rationes initio non defuerunt, qui via ab Hermanno monstrata progrederentur. quo in numero in primis nominandi sunt F. Spitzner, C. Lehrs, C. A. Hoffmann. postea vero inter viros doctos, qui in Homeri carminibus explanandis versati sunt, ut alios omittam, I. Bekker, B. Giseke, I. La Roche haud pauca ad versus epici naturam cognoscendam adtulerunt.

Quibus disputationibus sat magnos progressus in versu Homerico inlustrando factos ac multa, quae antea nisi eo modo, ut poeta numerorum necessitate adductus concessisse sibi ea putaretur, explicari nequiverant, probabiliter esse explanata haud quisquam negabit. attamen permulta restabant nondum recte perspecta, veluti hiatus usus aut brevium syllabarum

---

1) In Orphicorum editione Lips. 1805, p. 673—826.

2) Elem. doctrinae metr., Lips. 1816, p. XV.

ante consonas liquidas productiones, quas quo iure admisisset Homerus, definirent, Hoffmann et qui eum secuti sunt mirum quantum etymologia, quae dicitur, abusi falsas mentibus sibi finxerunt opiniones. tenebras vero his rebus offusas egregie discussit G. Hartel[1]), qui ipsa singularum consonarum natura in auxilium vocata rem difficillimam ita expedivit, ut cantilena illa, Homerum brevium syllabarum productiones aut hiatum sine certa lege, modo ut sermonem metri vinculo ligaret, admisisse, desinere tandem debeat decantari. sub idem fere tempus etiam Knoesium[2]) in has res diligentissime inquisivisse memorandum est.

Demonstrata hoc modo vera quaerendi ratione factum est, ut virorum doctorum animi etiam ad alios poetas Graecos, qui eodem versu atque Homerus usi sunt, converterentur. itaque haud multo post quaestiones prodierunt a Rzachio, Scheindlero, Hilbergio, Benekio, aliis conscriptae, quibus versus heroici natura, quo poetae, qui inferioribus fuerunt temporibus, usi sunt, accuratius inlustratur.

Cum autem satis constet poesis epicae disciplinam, quae paulatim exorta temporum successu varias experta erat mutationes, a Nonno illo Panopolitano severissimis adstrictam esse legibus ac tantum huius poetae valuisse auctoritatem, ut omnes, qui postea versu heroico pangebant carmina, hunc sibi imitandum proponerent, facile intellegitur, cur factum sit, ut plerique viri eruditi in hexametri Graeci rationes inquirentes illius potissimum (si discesseris ab Homero) artem metricam describendam sibi esse putarent. sic Hermanno praeeunte[3]) iam Lehrs[4]) accuratiorem de versu Nonniano instituit quaestionem, recentiore autem aetate eandem rem tractaverunt in primis Ludwich, Scheindler, Tiedke, Hilberg.

Sed haud pari studio adhuc in leges inquisitum est, quae apud doctos illos poetas Alexandrinos in versibus condendis valebant[5]); nam si discedimus a quaestionibus, quae ad omnes Graecorum poetas epicos spectant, unius Callimachi ars metrica subtilius descripta est[6]). ad Theocriti vero

[1]) 'Homerische Studien', III partt. (Sitzungsber. der k. Akad. der Wiss., phil.-hist. Classe, vol. LXVIII, fasc. 3; vol. LXXVI, fasc. 3, vol. LXXVIII, fasc. 1), Vindob. 1871 et 1874.

[2]) 'De digammo Homerico', Universitets-Årsskrift, Ups. 1872, 1873, 1878.

[3]) Cf. disputationem supra adlatam 'De aetate scriptoris Argonauticorum'.

[4]) Quaestt. ep., Regim. Pruss. 1837, diss. IV, p. 253 sqq.

[5]) Nonnulla in universum de Alexandrinorum poetarum hexametro G. Meyer exposuit 'Zur Geschichte des griech. und lat. Hexam.' Sitzungsber. der philos.-philol. Cl. der k. bayer. Akad. der Wiss. a. 1884, p. 979 sqq.

[6]) Cf. in primis C. Prahl, 'Quaestiones metricae de Callimacho', Halis Sax. 1878; F. Beneke, 'De arte metrica Callimachi', Argentorati 1880, 'Beiträge zur Metrik der Alexandriner', Berolini 1883; G. Heep, 'Quaestiones Callimacheae metricae', Bonnae 1884. ceteras quaestiones de rationibus hexametri Callimachei institutas adfert Fr. Beneke 'Beitr. etc.' p. 7.

rationes metricas praeter eos, qui commentariis huius poetae carmina instruxerunt, solus M. Kruegermann[1]), quod sciam, animum intendit. sed in libello eius de hiatu tantum agitur et brevium syllabarum finalium ante consonas liquidas productionibus, altera libelli parte in res grammaticas inquiritur; neque vero quaestiones illae ita expediuntur, ut nil iam desideretur; ceterum infra ad Kruegermanni dissertationem nobis redeundum erit. quam rem cum ita se habere viderem ac persuasissem mihi metricis rationibus magis explanatis ad ipsa verba poetae emendanda aliquid conferri posse, in versum Theocriti heroicum subtilius inquirere animum induxi. atque in his quaestionibus si omnino aliquid profecero, referas velim ad viros clarissimos G. ab Hartel et C. Schenkl, qui cum iam antea optime de me meriti erant tum in hoc opusculo conficiendo et consilio et re me semper benignissime adiuverunt. quibus pro beneficiis debitas me semper viris illis doctissimis habiturum esse polliceor gratias.

Priusquam autem ad ipsam rem propositam expediendam accedamus, pauca quidem de materia distribuenda proferamus necesse est. omnia enim Theocriti carmina quominus sub uno aspectu tractemus, natura eorum ipsa impedimur. ac primum quidem discrimen servandum est inter carmina bucolica et epica. inter bucolica autem referenda esse decem edyllia I. et III.—XI. omnes consentiunt; neque quin carmina XIII., XVI., XVII., XXII., XXIV., XXV., XXVI. generis sint epici, potest dubitari. si praeter haec edyllia etiam ea seiungimus, quae num genuina sint, viri docti gravioribus argumentis adlatis dubitant, edyllia dico XIX., XX., XXI., XXIII., XXVII., restant carmina quinque: II., XII., XIV., XV., XVIII., de quibus quid statuendum sit, iam videamus. pleraque vero carmina bucolica ita esse comparata, ut duae personae conloquentes a poeta fingantur, notum est. quam rem si respicimus, similitudinem manifestam intercedere inter carmina generis bucolici et edyllia XIV. et XV., quae recte dicuntur mimica, fugere nos nequit. nolim tamen equidem haec carmina confundere cum bucolicis. propius haud dubie ad ea accedit carmen II., quamquam una tantummodo persona loquens inducitur, cum altera muta sit. quod si duobus illis mimicis adiungimus, iam non plus duo carmina reliqua sunt, XII. et XVIII., utrumque lyricum, quae, cum ambo non plus nonaginta quinque versus exhibeant, separatim tractare nil fere habere videtur commendationis. quam ob causam etiam his carminibus locum adsignandum esse puto in generibus carminum supra constitutis. atque hac in re sermo, quo edyllia illa conscripta sunt, indicare nobis videtur, cui classi utrumque eorum adscribere debeamus. carmen vero XII., cum conscriptum sit sermone Ionico, poematis

---

[1]) Quaestiones Theocriteae, Vratislaviae 1875.

addere mere epicis in quaestione proposita praestare videtur; alterum autem carmen, quod conditum est dialecto Dorica, ad carmina mimica, quorum sermo idem est, satius erit adicere.

Quae cum ita sint, hunc ordinem in singulis carminibus tractandis servare nos oportebit: primum in unaquaque disputationis parte agendum erit de carminibus decem bucolicis, deinde de carminibus II., XIV., XV., XVIII., quae, ut brevitati consulamus, communiter mimica adpellabimus; tum inquiramus necesse erit in carmina epica, quibus adiciemus c. XII., fragmentum τῆς Βερενίκης, epigrammata I., VIII. (VII.)[1], X., XII., XIII., quae quin genuina sint, non est quod dubitemus; loco denique quarto etiam in carmina et epigrammata, quae dubiae sunt originis, nobis inquirendum erit.

Carmina autem illa tria Aeolica XXVIII., XXIX., XXX., ut quae non heroicis versibus sint conscripta, hac in quaestione in censum venire non posse e re ipsa satis elucet. idem valet de epigrammatis, quae alio atque elegiaco metro sunt condita.

Editionem Theocriti carminum his in quaestionibus sequar Zieglerianam tertiam (Tubingae 1879), ita tamen, ut, quoad fieri poterit, etiam ceterarum rationem habeam.

---

[1]) Priore numero significatur hoc epigramma in edit. Ziegleriana III., altero in aliorum editionibus.

CAPUT PRIMUM.

Quo modo dactyli et spondei per singulos versuum pedes distribuantur?

Cum magni in unoquoque carmine sit momenti, ut cum rebus, quae tractantur, ipsa numerorum conveniat ratio, etiam qui versu heroico condebant carmina poetae operam dederunt, ut modo accelerarentur, modo retardarentur versuum singulorum numeri. quae res nisi observatur a poetis, versus eorum, etsi rotundi sunt et elegantes veluti Nonni, tamen omni varietate carentes mox legentibus taedium adferunt. praeclaram autem illam versuum Homericorum vim gratamque eorum varietatem duabus potissimum rebus effici, caesuris dico apte adhibitis atque dactylis et spondeis bene dispositis, qui accuratius hanc rem inspexerit, facile intelleget; nam et caesuris et spondeis numeri retardari possunt quam maxime. sed quoniam de caesuris capite huius quaestionis altero accuratius disserere mihi in animo est, hoc capite rationem tantum, qua Theocritus usus est in dactylis et spondeis disponendis, describere conabor. ac priore quidem huius capitis parte (I), quas in universum hexametri formas quotiensque adhibuerit Theocritus et quod hac in re inter eum ceterosque poetas intercedat discrimen, expositurus sum; parte deinde altera (II) de spondeorum in singulis versus sedibus usu proprio disputabo.

I.

Cum ea in versu heroico lex valeat, ut in unaquaque sede dactyli thesis in unam longam cogi possit syllabam, triginta duae hexametri formae variae efficiuntur. quarum frequentiam apud singulos poetas non eandem esse prorsus consentaneum est. in eligendis enim his formis poetae variis ducebantur causis. quarum prima in ipsa singularum formarum natura inest, cum non omnes parem prae se ferant suavitatem et elegantiam; deinde multum hac in re sermonis, quo versus panguntur, valet indoles, id quod

luculenter demonstratur, si hexametri Graeci componuntur cum Latinis[1]; magni denique momenti etiam poetae est ingenium et carminum ipsorum natura. apud Homerum quidem cum omnes hexametri formae reperiantur, Nonnus novem tantummodo admisit, Paulus Silentiarius non plus sex[2].

Iam tabulam proponam, qua, quotiens singulae formae in Theocriti carminibus inveniantur, indicabitur. in significandis autem formis variis Drobischium[3] sequar dactyli loco litteram d, spondei litteram s substituens; sed quinti quoque pedis formam ubique indicabo, qua re Drobisch, ut qui eos tantum tractaret versus, qui in sede quinta exhibent dactylum, supersedere potuit. brevitatis causa etiam signo illo notissimo % uti mihi liceat, ubi indicandum erit, quotiens quaeque forma in centenis versibus reperiatur.

formae versuum	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in. cc. dub.[7]
	%	%	%	%	%
1 ddddd	122 vel 13·9	79[5]) vel 17·8	203 vel 19·2	404 vel 17·0	64 vel 22·5
2 sdddd	147 „ 16·9	82[6]) „ 18·5	184 „ 17·4	413 „ 17·3	52 „ 18·3
3 dsddd	152 „ 17·4	56 „ 12·8	187 „ 17·7	395 „ 16.6	50 „ 17·7
4 ddsdd	59[4]) „ 6·6	21 „ 4·8	29 „ 2·7	109 „ 4·6	11 „ 3·9
5 dddsd	24 „ 2·7	27 „ 6·0	73 „ 6·9	124 „ 5·2	17 „ 6·0
6 ssddd	115 „ 13·2	46 „ 10·3	74 „ 7·0	235 „ 9·9	22 „ 7·8
7 dssdd	61 „ 7·0	16 „ 3·6	19 „ 1·8	96 „ 4·1	18 „ 6·3
8 ddssd	5 „ 0·6	1 „ 0·2	6 „ 0·6	12 „ 0·5	2 „ 0·7
9 sdsdd	41 „ 4·8	32 „ 7·2	31 „ 2·9	104 „ 4·4	11 „ 3·9
10 dsdsd	33 „ 3·7	23 „ 5·2	77 „ 7·3	133 „ 5·6	13 „ 4·6
11 sddsd	32 „ 3·6	15 „ 3·5	62 „ 5·9	109 „ 4·6	9 „ 3·2
12 sssdd	31 „ 3·5	6 „ 1·3	2 „ 0·2	39 „ 1·6	3 „ 1·0
13 dsssd	4 „ 0·46	7 „ 1·6	4 „ 0·4	15 „ 0·7	1 „ 0·3
14 sdssd	3 „ 0·35	5 „ 1·1	3 „ 0·3	11 „ 0·5	3 „ 1·0
15 ssdsd	35 „ 4·0	10 „ 2·3	29 „ 2·7	74 „ 3·1	4 „ 1·4
16 ssssd	1 „ 0·1	3 „ 0·7	3 „ 0·2	7 „ 0·3	1 „ 0·3
	865 vel 98·8	429 vel 96·9	986 „ 93·2	2280 vel 96·0	281 vel 98·9

---

[1]) Cf. Ludwichii 'Beiträge zur Kritik des Nonnos' Regim. Pruss. 1873, p. 46 sq.

[2]) Cf. Ludwichium l. c.

[3]) 'Ein statistischer Versuch über die Formen des lateinischen Hexam.' Ber. der k. sächs. Gesellsch. d. Wiss., philol.-hist. Cl., vol. XVIII., Lips. 1866, p. 75—139. cf. etiam vol. XX. (1868), p. 17—65.

[4]) Hanc formam exhibet versus intercalaris I 64 duodeviciens iteratus.

[5]) Unus huius formae versus (II 69) intercalaris est ac repetitur undeciens.

[6]) Versus huius formae II 17, qui intercalaris est, noviens iteratur.

[7]) Omisi versus XXI 38, 58, 65; extant enim his locis in libris manu scriptis lectiones metri rationibus repugnantes, quas Ziegler quamquam haud dubie depravatas, cum nondum probabiles prolatae essent emendationes, retinuit.

formae versuum	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
	%	%	%	%	%
17 dddds	3 vel 0·33	2 vel 0·44	17 vel 1·6	22 vel 0·9	—
18 sddds	1 „ 0·11	2 „ 0·44	19 „ 1·8	22 „ 0·9	2 vel 0·7
19 dsdds	2 „ 0·22	4 „ 0·9	14 „ 1·3	20 „ 0·84	—
20 ddsds	—	1 „ 0·22	2 „ 0·2	3 „ 0·12	—
21 dddss	—	1 „ 0·22	3 „ 0·3	4 „ 0·17	—
22 ssdds	2 vel 0·22	2 „ 0·44	9 „ 0·8	13 „ 0·55	—
23 dssds	—	—	3 „ 0·3	3 „ 0·12	1 vel 0·35
24 sdsds	1 vel 0·11	—	1 „ 0·1	2 } 10 „ 0·4	—
25 dsdss	—	—	2 „ 0·2	2	—
26 sddss	—	2 vel 0·44	—	2	—
27 sssds	1 vel 0·11	—	1 vel 0·1	2	—
28 ssdss	1 „ 0·11	—	1 „ 0·1	2	—
	11 vel 1·2	14 vel 3·1	72 vel 6·8	97 vel 4·0	3 vel 1·1

Varietati igitur numerorum Theocritum satis consuluisse videmus, quippe quem XXVIII varias versus heroici formas adhibuisse ex tabula proposita eluceat. formae autem quattuor, quibus omnino abstinuit Theocritus, omnes ita sunt comparatae, ut pedem quintum, qui efficitur spondeo, duo vel plures spondei praecedant continui; sunt enim haec schemata: ddsss (cf. Hom. *Α* 339 *πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων*), dssss (cf. Hom. I 137 *νῆα ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηησάσθω*), sdsss (cf. Hom. *Ξ* 199 *δαμνᾷ ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους*), sssss (cf. Hom. *Ψ* 221 *ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο*).

Nimis durus atque tardus rhythmus spondeis hunc in modum praevalentibus existere haud dubie videbatur Theocrito, ut qui etiam eos versus sat parce admitteret, in quibus dactylum sedem quintam tenentem duo vel plures spondei continui praecedunt. sunt autem huius modi formae quattuor: ddssd, dsssd, sdssd, ssssd, quarum nullius frequentem esse in Theocriti carminibus usum ex tabula, quam proposui, facile potest cognosci. artissimis vero cancellis circumscripsit Theocritus usum eorum versuum, quorum schema est ssssd; in carminibus enim bucolicis et mimicis ubique huius formae versus excusantur anaphora. sunt quidem hi: *a)* in carmin. bucol.: V 58 *στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος,* | *ὀκτὼ δὲ σκαφίδας* e. q. s. *b)* in carmin. mim.: XV 62 . . . . *ἐς Τροίαν πειρώμενοι ἦνθον Ἀχαιοί,* | *κάλλισται παίδων· πείρᾳ θην πάντα τελεῖται,* XVIII 49 sq. *χαίροις ὦ νύμφα, χαίροις εὐπένθερε γαμβρέ.* | *Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος ὔμμιν.* idem valet de duobus hexametris huc pertinentibus, qui insunt in carminibus epicis: XVI 25 *πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι πα ῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων,* XXII 156 *πολλή τοι Σπάρτη, πολλὴ δ' ἱππήλατος Ἦλις.* itaque duo

restant versus, qui hac excusatione carent, alter in carminibus generis epici: XXV 189 *ὣς εἰπὼν μεσσῆς ἐξηρώησε κελεύθου,* alter in edyliis incertae originis: XXI 66 *ἐλπὶς τῶν ὕπνων. ζάτει τὸν σάρκινον ἰχθύν.*

Proximi huius modi versibus, si frequentiam spectamus, sunt hexametri ad schemata ddssd et sdssd conformati, paulo frequentiores sunt versus formam dsssd exhibentes. quae versuum formae, quamquam in unoquoque genere carminum Theocriteorum reperiuntur, tamen per singula carmina nequaquam aequaliter distributae sunt, id quod praecipue valet de edylliis bucolicis et mimicis. in his quidem longe maximum numerum formarum, de quibus agitur, exhibet c. XV., in illis cc. VIII. et XI. ubi vero in aliis generis bucolici vel mimici carminibus una alterave ex formis illis reperitur, plerumque anaphorae vel nominis proprii habet excusationem. iam locos adferam, quibus formae illae inveniuntur, initium capiens a forma ddssd, quam hi exhibent versus: *a)* VIII 61, 79; IX 13; XI 52, 54; *b)* XV 43; *c)* XXII 88, 146; XXV 57, 63, 91, 203; *d)* ex cc. dubiis huc pertinent versus duo: XXI 56, 60.

Forma dsssd extat his locis: *a)* I 101, in quo versu nomen proprium anaphorae figura repetitur: . . . . *Κύπρι βαρεῖα,* | *Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής,* VIII 62; XI 4, 79; *b)* II 16, 38, 39, qui versus omnes anaphora sunt insignes; in primo etiam nomina propria leguntur: . . . . *μήτε τι Κίρκης* | *μήτε τι Μηδείας μήτε ξανθᾶς Περιμήδας,* versus alter et tertius sunt hi: *ἠνίδε σιγῇ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀῆται·* | *ἁ δ' ἐμὰ οὐ σιγῇ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία,* XIV 46; XV 37, 75, 116; *c)* XXV 36, 244; XII 13; epigr. I 3; *d)* XXI 67.

Ad formam denique sdssd sunt effecti versus: *a)* V 7; VIII 53 (anaph.: *μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι Κροίσεια τάλαντα*); XI 41; *b)* II 8, 97; hi versus, inter quos summa intercedit similitudo, excusationem habent nominis proprii, prior enim est: *βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν,* alter: *τήρησον ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν*; XV 41, 42, 101; *c)* XVI 5; XVII 76 (anaph.: *πολλᾶς δὲ κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσας*); XXV 217; *d)* XXVII 36 (anaph.: *τεύχεις μοι θαλάμους, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;*), 59, 61.

Ut autem breviter, quae modo exposui, complectar, exhibent quattuor, quas tractamus, hexametri formas in carminibus Theocriteis versus XLV, quorum duae fere partes (XXIX) reperiuntur in cc. buc. et mim., in epicis autem non plus XVI. atque ex versibus XXIX illis extant XVII in cc. VIII., XI., XV., XII (quorum IX anaphorae figura vel nominibus propriis excusantur) in cc. I., V., IX., II., XIV., XVIII.; reliqua carmina bucolica III., IV., VI., VII., X. huius modi versibus prorsus carent. ex

cc. autem dubiis VII versus huc pertinent, quorum quattuor in c. XXI., tres in c. XXVII. inveniuntur.

Sed ut versus ad haec, de quibus verba fecimus, schemata conformati aliquanto rarius leguntur in cc. epicis quam in bucolicis et mimicis, ita etiam ceterarum formarum[1]) duos vel tres spondeos exhibentium in illo carminum Theocriteorum genere in universum minorem esse frequentiam tabula nostra ostenditur. quod in primis valet de forma sssdd, quae cum in edylliis bucol. sat frequens sit, iam in cc. mim. rarius invenitur, sex tantum locis, quorum quattuor oratoria sermonis excusantur condicione: II 98 *τηνεῖ γὰρ φοιτῇ, τηνεῖ δέ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι*, 118 *ἦνθον γὰρ κἠγώ, ναὶ τὸν γλυκὺν ἦνθον Ἔρωτα*, 155 *ἦ γάρ μοι καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοκ' ἐφοίτη*, XV 6 *παντᾷ κρηπῖδες, παντᾷ χλαμυδηφόροι ἄνδρες*.

Duo loci II 24 et XV 70 tali excusatione carent. in edylliis autem epicis non plus duo versus carminis XVII. ad eam formam sunt expressi, vv. 93 et 114, quorum prior anaphora est praeditus: *πολλοὶ δ' ἱππῆες, πολλοὶ δέ μιν ἀσπιδιῶται*. versus denique tres in cc. dubiis ad hoc schema conformati sunt hi: XXI 17, 31; epigr. IV 1.

Ii autem soli ex versibus plus unum spondeum exhibentibus in cc. epicis frequentiores sunt, quorum pes quartus spondeo efficitur. quae res cum bucolicae, quae dicitur, caesurae usu artissime cohaeret. cum enim Theocritus spondeum ante hanc incisionem non minus quam alii poetae Graeci, immo vero in edylliis bucolicis etiam diligentius vitaret[2]), non potuit fieri, quin in huius generis carminibus, ubi caesura illa in tanto versatur usu, ut versus septuageni quaterni in centenis ea sint praediti, multo rarius in quarta hexametri sede spondeus admitteretur quam in eo edylliorum genere, ubi incisione, de qua sermo est, dimidium omnium versuum caret[3]).

Cum ratione, qua Theocritus in variis carminum generibus singulas versuum formas usurpavit, id haud dubie coniunctum est, quod in edylliis generis bucolici omnium spondeorum numerus reperitur pro rata parte maximus, minimus in carminibus epicis; medium hac in re tenent locum edyllia mimica. constant enim, si quinque priorum tantum modo pedum rationem habemus,

876	versus	carminum	buc.	ex 3175	dactylis,	1205 spondeis;
443	„	„	mim.	„ 1637	„	578 „
1058	„	„	epic.	„ 4007	„	1283 „
2377	versus	omnium cc.	Theocrit.	ex 8819	dactylis,	3066 spondeis.

---

[1]) Agitur h. l. de solis versibus, quorum in sede quinta extat dactylus; de versibus spondiacis infra accuratius exponetur.

[2]) Cf. p. 55 sqq.

[3]) Cf. p. 53.

Unde adparet spondeorum numerum

in cc. buc. eandem rationem habere cum dactylor., quam 1 cum 2·6,
„ „ mim. „ „ „ „ „ „ 1 cum 2·8,
„ „ epic. „ „ „ „ „ „ 1 cum 3·1,

in univers. cc. Theocr. eandem rationem habere cum dactylor., quam 1 cum 2·9.

Quae discrimina respiciens facile quispiam possit suspicari hac in re etiam eas cc. bucol. partes, quae canticis explentur pastoralibus, differre a versibus ceteris, quibus continentur narrationes. quam ob causam videamus, num id re vera ita se habeat. insunt quidem cantica illa in his cc. bucol. partibus: I 64—145; III 6—54; V 80—137; VI 6—19, 21—41; VII 52—89, 96—127; VIII 33—60, 63—70, 72—80; IX 7—13, 15—21, 28—36; X 24—37, 42—55; XI 19—79. unde elucet dimidium fere omnium versuum in cc. bucol. canticis, de quibus agitur, effici; versibus enim adlatis expletur numerus CCCCXXXVII, restant versus CCCCXXXIX. variae autem versuum formae hunc in modum inter utriusque generis versus distribuuntur:

formae versuum	in cantic. pastoral.	in narratione	in universis carmin. buc. vv.
ddddd	63	59	122
sdddd	75	72	147
dsddd	71	81	152
ddsdd	41	18	59
dddsd	12	12	24
ssddd	43	72	115
dssdd	31	30	61
ddssd	4	1	5
sdsdd	24	17	41
dsdsd	15	18	33
sddsd	16	16	32
sssdd	16	15	31
dsssd	2	2	4
sdssd	2	1	3
ssdsd	16	19	35
ssssd	—	1	1
	431	434	865
dddds	1	2	3
sddds	1	—	1
dsdds	1	1	2
ssdds	1	1	2
sdsds	1	—	1
sssds	1	—	1
ssdss	—	1	1
	6	5	11

Rationem igitur, qua dactyli temperantur spondeis, si spectamus, nil differre cantica in edylliis bucolicis a versibus ceteris his tabellis docemur. quod autem versuum, qui habent formam ddsdd, numerus in canticis iusto magis superare videtur eorundem versuum numerum in ceteris carminum partibus, memorandum est versum carmiuis primi intercalarem, qui duodeviciens iteratur, eiusdem esse formae. quem si semel numeramus, non plus XXIII versus in canticis formam illam exhibent.

Quae cum ita sint, Theocritum in edylliis bucol. graviores vel leviores formas in alterutro versuum genere consilio adhibuisse adfirmari nequit, id quod etiam magis erit perspicuum, ubi omnium dactylorum et spondeorum numeros in utriusque generis versibus expenderimus. extant enim in 437 vv. canticorum 1597 dactyli, 588 spondei, in 439 versibus ceteris 1578 dactyli, 617 spondei. in centenis autem pedibus versuum prioris generis 73 dactyli reperiuntur et 27 spondei, in totidem pedibus versuum alterius generis 72 dactyli et 28 spondei, quod discrimen esse minimum ac paene nullum non est quod doceam. de ratione autem, quae inter cantica et ceteros intercedit versus, plura nobis, ubi caesuras tractabimus, proferenda erunt.

Accuratius vero cognoscere atque rectius aestimare artem, qua Theocritus spondeis dactylos temperavit numerorumque varietati consulere studuit, tum demum poterimus, ubi rationem ac viam, quam alii poetae hac in re secuti sunt, paucis quidem exposuerimus contulerimusque cum more Theocriteo. atque in primis Callimachus, qui inter poetas Alexandrinos plurimum apud posteros valuit exemplo, in censum venit. in hymnis autem Callimacheis I.—IV., VI. reperiuntur in 930 versibus hae formae[1]):

1.	formam	ddddd	exhibent	211	versus	vel	22·5%
2.	„	sdddd	„	91	„	„	9·7 „
3.	„	dsddd	„	253	„	„	28·0 „
4.	„	ddsdd	„	24	„	„	2·5 „
5.	„	dddsd	„	67	„	„	7·1 „
6.	„	ssddd	„	63	„	„	6·7 „
7.	„	dssdd	„	25	„	„	2·7 „
8.	„	sdsdd	„	1	„	„	0·1 „
9.	„	ddssd	„	12	„	„	1·3 „
10.	„	dsdsd	„	63	„	„	6·7 „
11.	„	sddsd	„	38	„	„	4·0 „
12.	„	sssdd	„	3	„	„	0·3 „
13.	„	ssdsd	„	16	„	„	1·7 „
				867	versus	vel	93·3%

[1]) Secutus sum hac in re Benekium 'De arte metr. Call.' p. 14 sqq. omissi sunt versus mutilati; cf. Benek. ibid. p. 7.

14. formam	dddds	exhibent	20	versus	vel	2·1%
15.	"	sddds	"	9	"	"	1·0 "
16.	"	dsdds	"	16	"	"	1·7 "
17.	"	ddsds	"	6	"	"	0·6 "
18.	"	ssdds	"	8	"	"	0·9 "
19.	"	dssds	"	3	"	"	0·3 "
20.	"	sdsds	"	1	"	"	0·1 "
				63	versus	vel	6·7%

Qua ex tabula Callimachum iam in eorum numerum esse referendum cognoscimus, qui in eligendis hexametri formis severiores sesė praestiterunt; videmus enim XX tantum formas ab eo esse admissas, quarum XIII in sede quinta dactylum, VII spondeum praebent [1]. si autem illam versuum partem accuratius inspexeris, fugere te non poterit easdem illas quattuor formas, quae apud Theocritum sunt rarissimae, in his hymnorum Callimacheorum versibus omnino non reperiri praeter formam ddssd, quae semel invenitur eaque in versu anaphorae figura insigni: h. VI 73 *οὔτε νιν εἰς ἐράνως οὔτε ξυνδείπνια πέμπων.* in Argonauticis vero Apollonii Rhodii eaedem versuum formae, quae apud Theocritum invenimus, reperiuntur duabus exceptis: dsdss et ssdss. exhibet igitur Apollonius XXVI varias hexametri formas.

Simili ratione atque Callimachus usi sunt in hexametris componendis Bion et Moschus, quorum in carmina, cum eiusdem sint generis atque Theocritea, hoc loco inquirere haud e re esse arbitror. insunt quidem in carminibus, quae poetis illis vulgo adscribuntur, versus ad haec schemata conformati [2]:

formae versuum	Bionis		Moschi			
	cc. I, III-XVIII	c. II [3]	cc. I, V-VIII	c. II	c. III	c. IV
1 ddddd	56	10	18	39	29	28
2 sdddd	43	7	14	18	16	19
3 dsddd	45	4	11	27	32	25

[1]) Beneke libelli adl. p. 16. formas 21 quidem adfert (etiam formam dsssd), sed memorandum est h. l. de solis quinque hymnis, qui versu heroico sunt conscripti, verba fieri; ceterum forma dsssd ab hymnis illis aliena semel tantum modo reperitur in fr. dub. 378.

[2]) Secutus sum edit. a Zieglero curatam, Tubingae 1868.

[3]) Hoc carmen (*Ἐπιθαλάμιος Ἀχιλλέως καὶ Δηιδαμείας*) separavi a ceteris, quia sunt, a quibus Bioni abiudicetur; idem valet de Moschi cc. III. (*Ἐπιτάφιος Βίωνος*) et IV. (*Μεγάρα*).

formae versuum	Bionis cc. I, III-XVIII	Bionis c. II	Moschi cc. I, V-VIII	Moschi c. II	Moschi c. III	Moschi c. IV
4 ddsdd	8	1	3	11	19[1])	—
5 dddsd	18	2	4	10	6	13
6 ssddd	7	2	3	13	3	10
7 dssdd	9	3	6	10	9	—
8 ddssd	—	—	—	1 (v. 73)	—	—
9 sdsdd	1	—	1	4	3	—
10 dsdsd	4	—	—	7	3	3
11 sddsd	12	—	1	3	6	4
12 sssdd	—	1 (v. 4)	—	1 (v. 10)	3	—
13 dsssd	—	—	—	1 (v. 81)	—	—
14 sdssd	—	—	—	1 (v. 85)	—	—
15 ssdsd	2	1	—	1	—	6
	205	31	61	147	128	108
16 dddds	3	—	—	6	—	7
17 sddds	4	—	—	6	—	5
18 dsdds	—	—	—	4	—	1
19 ddsds	—	—	—	—	—	1 (v. 41)
20 dddss	—	—	—	1 (v. 41)	—	1 (v. 95)
21 ssdds	—	—	—	1 (v. 123)	—	1 (v. 75)
22 ssdss	—	—	—	1 (v. 24)	—	1 (v. 36)
	7	—	—	19	—	17

Adparet poetas bucolicos, qui post Theocritum fuerunt, aeque atque Callimachum maiorem adfectavisse numerorum volubilitatem. nam quod ad versus in sede quinta dactylum exhibentes attinet, si omittimus Moschi c. II. (Europam), nusquam in his edylliis formae, quibus Callimachum abstinere vidimus, leguntur; ac ne forma quidem ddssd, quam semel apud Callimachum repperimus, invenitur. carmen vero Moschi, quod inscribitur *Εὐρώπη,* hac in re a ceteris differt; excepta enim forma gravissima ssssd nullam earum, quae habent pedem quintum dactylicum, ibi desiderabis. versus etiam *σπονδειάζοντες* quamquam paucissimi ita conformati in eodem carmine insunt, quales apud Callimachum frustra quaesiveris. magna autem, si usum versuum spondiacorum spectas, huic carmini est similitudo cum edyllio IV.,

---

[1]) Hanc formam exhibet versus intercalaris 8, 13 cett. quindeciens repetitus. qua in re poeta huius carminis haud dubie Theocritum imitatus est, cuius in carmine primo versum intercalarem eiusdem formae esse supra vidimus.

quod Moscho abiudicatur. videmus vero haec duo edyllia sola in carminibus, quae sub Moschi nomine feruntur, versus spondiacos exhibere. apud Bionem autem inveni eius generis versus VII, quorum V extant in carmine I., cui inscribitur *'Επιτάφιος Ἀδώνιδος* (vv.: 18, 25, 27, 34, 93), duo tantum in ceteris carminibus: IV 1 et X 3 [1]).

Cum maiore volubilitate, qua horum poetarum versus sunt insignes, artissime quoque cohaeret ratio, quae inter dactylorum et spondeorum frequentiam in his versibus intercedit. qua in re proxime ad Theocritum accedit Callimachus, a quo haud multum differt Moschus; maxime autem dactyli superant spondeos apud Bionem. extant enim

apud	Callimach.	in	930	vv.	3652	dactyli,	998	spondei,
„	Mosch.[2])	„	227	„	892	„	243	„
„	Bion.	„	212	„	863	„	197	„

Unde sequitur spondeorum numerum cum dactylorum numero

ap.	Callim.	eandem	habere	rationem,	quam	1 cum	3·6,
„	Mosch.	„	„	„	„	1 cum	3·7,
„	Bion.	„	„	„	„	1 cum	4·4.

Potest profecto conlatis, quas singuli poetae secuti sunt, rationibus facile intellegi dactylorum frequentiam temporum decursu magis magisque auctam easque versuum formas, in quibus duo vel plures spondei inter se excipiunt, rariores factas esse. certos autem fines terminosque usui variarum hexametri formarum constituit Nonnus, qui in viginti quinque fere milibus versuum novem tantummodo formas admisit, quae sunt hae: ddddd, sdddd, dsddd, ddsdd, dddsd, sdsdd, dsdsd, sddsd, dssdd.

Primum quidem nusquam a Nonno in sede versus quinta spondeum esse admissum videmus; deinde nusquam binos spondeos continuos sibi concessit nisi in pede altero et tertio. de frequentia singularum formarum accuratius egit Ludwich 'Beiträge e. q. s.' p. 48. longe frequentissimi vero sunt versus, qui meris constant dactylis (in Dionys. libro I. reperiuntur CLXXXVIII vel 35·2%); ad quos proxime accedunt ii, qui in sede

---

[1]) De hoc autem versu num verum viderit Ziegler, qui ita eum conformavit, ut in sede quinta exhibeatur spondeus (*τυτθὸν ἔφαν· τί νυ τόσσον ἀπήχθεο καὶ τὶν αὐτᾷ*) propter exitum in vocabulum bisyllabum dubitare licet; G. Hermann scribendum esse coniecit *καὶ τεῖν αὐτᾷ*, id quod Meinekio quoque probatur.

[2]) Carmina III. et IV. nolui confundere cum ceteris, quam ob rem ea h. l. aeque ac Bionis c. II. omisi.

altera spondeum, in ceteris autem pedibus exhibent dactylos (in libro I. CXXX vel 24·3%); rarissimi denique sunt versus formarum sdsdd et dssdd (utraque in libro I. bis invenitur). in universum autem si spectamus dactylorum et spondeorum frequentiam, insunt in vv. DXXXIV libri I. MMCCLI dactyli, CCCCXIX spondei, unde spondeorum numerorum eandem rationem habere patet cum dactylorum numero, quam 1 cum 5·4.

Formas vero hexametri a Nonno reiectas si spectas, neglegendum non est easdem, si exceperis versus spondiacos, iam apud poetas Alexandrinae, quae dicitur, aetatis aut omnino non legi aut rarissime reperiri. atque in ipsis Homeri carminibus, id quod statim videbimus, eaedem formae rariores sunt quam novem illae Nonno probatae. sola forma ssddd excipienda est, quae apud Homerum, Callimachum, Theocritum, Moschum frequentior est quam forma dssdd a Nonno admissa. sed iam apud Bionem formae illius versus rariores sunt quam huius. et memoratu dignum est poetam carminis illius in mortem Bionis scripti, quod Buecheler[1]) Sullae temporibus ortum esse suspicatur, non solum nullum versum spondiacum, sed ne ex ceteris quidem formis plures quam XI admisisse. sunt quidem novem illae formae, quae inveniuntur apud Nonnum, auctae formis ssddd et sssdd, quarum utraque ter tantum reperitur. qua in re memorabile est easdem duas formas aeque ac formam ssdsd, quae apud Homerum, Callimachum, Theocritum etiam frequentior est quam forma sssdd, ab ipsis Nonni sectatoribus mox denuo esse admissas. sic iam Musaeus[2]), qui sat religiose Nonni vestigia sequitur, formam ssddd recepit, Ioannes Gazaeus autem tres omnes usurpavit[3]).

Ut vero ad Theocritum redeamus, discrimen inter singula carminum genera intercedere videmus ac maxime inter se differre carmina bucolica et epica. in his quidem versus meris dactylis constantes, si frequentiam respicimus, primum tenent locum, in illis tertium; formae autem versuum, in quibus plures insunt spondei, in carminibus bucol., id quod iam supra ostendimus, in universum saepius leguntur. quae cum ita sint, iure adfirmare posse mihi videor Theocritum in carminibus generis epici non solum in materia eligenda, sed etiam in versibus componendis magis ad aequalium veluti Callimachi morem sese adplicasse magisque versuum adfectasse volubilitatem, contra in edylliis bucol. Homerum potius atque suum ipsius ingenium secutum liberiore usum esse ratione. quae sententia non solum maiore versuum spondiacorum in carminibus epicis frequentia, sed etiam caesurarum usu, id quod infra videbimus, comprobatur. quod si Theocritum

---

[1]) Cf. Mus. Rhen. XXX (1875) 33 sqq.

[2]) Cf. quae exposuit Scheindler Annal. gymnas. Austr. XXVIII 162 sq.

[3]) Cf. Ludwichii 'Beiträge e. q. s.' p. 46.

in carminibus bucol. versuum plures spondeos exhibentium usu propius ad Homerum accedere dixi, neglegendum non est apud hunc poetam ipsum in aliis carminum partibus aliter rem se habere. inquisivi in primum Iliadis et primum Odyssiae librum, quae carminum Homericorum partes, si singularum hexametri formarum spectamus usum numerumque dactylorum et spondeorum ex eo pendentem, sat multum inter se differunt. id vero ut accuratius possit perspici atque usus Homericus comparari cum Theocriteo, indicem formarum hexametri, quae in libris illis inveniuntur, proponam necesse est[1]):

formae versuum	in Iliadis A	in Odyssiae α
1 ddddd	132 vel 21·6 %	77 vel 17·7 %
3 dsddd	96 „ 15·8 „	53 „ 12·2 „
2 sdddd	96 „ 15·8 „	72 „ 16·6 „
4 ddsdd	28 „ 4·6 „	19 „ 4·4 „
5 dddsd	61 „ 10·0 „	28 „ 6·4 „
6 ssddd	48 „ 7·9 „	42 „ 9·7 „
7 dssdd	15 „ 2·5 „	6 „ 1·4 „
8 ddssd	4 „ 0·6 „	8 „ 1·9 „
9 sdsdd	9 „ 1·4 „	18 „ 4·2 „
10 dsdsd	33 „ 5·4 „	27 „ 7·2 „
11 sddsd	28 „ 4·6 „	41 „ 9·6 „
12 sssdd	4 „ 0·6 „	7 „ 1·6 „
13 dsssd	3 „ 0·4 „	2 „ 0·5 „
14 sdssd	10 „ 1·6 „	2 „ 0·5 „
15 ssdsd	16 „ 2·6 „	19 „ 4·4 „
16 ssssd	2 „ 0·3 „	1 „ 0·2 „
	585 vel 95·7 %	422 vel 95·0 %

---

[1]) Iliadis editionem secutus sum a Christio curatam Lips. 1884, Odyssiae edit. Bekker. alteram, Bonnae 1858. Etiam Drobisch in formas eorundem librorum carm. Hom. l. c. inquisivit; et cum iam in eo esset, ut hic libellus prelo subiceretur, Ludwichii „Aristarch's Homerische Textkritik vol. II. Lips. 1885" in manus mihi venit, cuius libri p. 301 sqq. de variis hexametri formis omnium Homeri librorum atque etiam poetarum inferioris aetatis fusius exponitur. quod autem numeri versuum a viris illis doctis propositi neque inter se neque cum numeris a me propositis ubique consentiunt, maximam partem ea res ex variarum editionum usu et varia vocabulorum velut *'Ατρεῖδης ('Ατρείδης), κόιλος (κοῖλος)* cett. pronuntiatione explicanda esse videtur. sed discrepantiae illae in universum minoris sunt momenti neque quicquam ad totum iudicium immutandum valent. ceterum nescio an Ludwich l. c. iusto acrius spondeos in Homeri carminibus defendat.

formae versuum	in Iliadis A	in Odyssiae α
17 dddds	7 vel 1·16%	7 vel 1·6%
18 sddds	6 „ 1·00 „	2 „ 0·5 „
19 dsdds	7 „ 1·16 „	5 „ 1·1 „
20 ddsds	3 „ 0·50 „	—
21 dddss	1 „ 0·16 „	—
22 ssdds	—	1 vel 0·2%
23 dssds	1 vel 0·16%	4 „ 0·9 „
24 ddsss	1 „ 0·16 „	—
25 sdsds	—	1 vel 0·2%
26 dsdss	—	2 „ 0·5 „
	26 vel 4·30%	22 vel 5·0%

His ex tabellis primo aspectu cognoscere licet leviorum formarum usum latius in primo Iliadis quam in primo Odyssiae libro patere. quae res vel magis confirmatur, si, quanto opere in utroque carmine dactyli superent spondeos, respicimus. insunt quidem

in 611 vv. libri A 2346 dactyli, 709 spondei,
„ 444 „ „ α 1625 „ 595 „

frequentia igitur spondeorum cum dactylorum frequentia

in libro A eandem habet rationem, quam 1 cum 3·3,
„ „ α „ „ „ „ 1 „ 2·7.

varietati autem numerorum quem ad modum consulatur in Homero, iam inde potest cognosci, quod priores XLV versus primi Iliadis libri XVIII varias hexametri formas exhibent.

Constat vero, id quod iam supra commemoravi, spondei in hexametro usum a poetis Graecis temporum successu magis magisque esse restrictum. et quo inferiore quaeque carmina extiterunt aetate, eo minus in universum quidem dactylus in eis cedit spondeo, eo frequentiores sunt versus spondeis omnino carentes. Ludwich autem, qui de hac re disputavit Annal. philol. CIX, p. 236 sq. causam crescentis paulatim dactylorum frequentiae in sola immutata natura linguae ipsius, quae volubilior facta sit, inesse arbitratur [1]). sed etsi haud quisquam infitias ibit pariter atque alias linguas etiam Graecam temporum decursu mutatam esse, tamen, ubi respexeris iam in primo Iliadis libro eandem fere atque in Callimachi, Apollonii Rhodii, Nicandri carminibus vel apud Tryphiodorum et Colluthum ac maiorem quam apud Pseudophocylidem, Maximum, Dionysium Perieg., Oppianum (cf. Ludwich. 'Arist. Hom.

[1]) Cf. etiam 'Aristarch's Hom. Textkr.' II 305.

Textkr.' II 303 sq.) dactylorum esse frequentiam, in Theocriti autem edylliis bucol. minorem pro rata parte quam in Odyssiae libro primo, facile vel inde cognosces (ut omittam discrimina, quae inter carmina singulorum eiusdem aetatis poetarum, velut inter Theocriti cc. bucol. et hymnos Callimachi intercedunt) plurimum etiam hac in re poetarum valere ingenia, prout quisque magis minusve adfectet numeros rotundiores. ac re vera inferiorum temporum poetas Graecos mirum quantum volubilitati versuum studuisse, ita quidem, ut vel ipsam numerorum varietatem neglegerent, nemo prudens negabit. eodem praeter alia id quoque spectat, quod poetae posteriores leviorem tertii pedis caesuram, trochaicam dico, adeo fere praeferebant semiquinariae, quasi illa sola legitima versus heroici esset caesura primaria. atque apud ipsum Theocritum in isdem carminibus, in quibus spondeus est frequentior, caesura quoque semiquinaria multo saepius invenitur (in edyll. bucol. 49·9 versus in centenis ea sunt instructi, in mim. 47·8, in epicis non plus 28·3). nec minus, quod usus syllabarum ante mutam cum liquida correptarum multo latius patet in edylliis epicis quam in bucol., huc pertinet; qua de re cf. infra.

Prorsus aliter res se habet, si comparatur cum hexametro Graeco poetarum Latinorum versus heroicus. huius naturam diversam a versus Graeci condicione si Ludwich[1]) ad diversas linguae Graecae et Latinae rationes refert, nemo haud dubie ab eo dissentiet. hanc enim discrepantiam non ad unius vel aliquot, sed ad omnium poetarum hexametros, si componuntur cum Graecis, pertinere videmus[2]). nemo autem si apud Ovidium

---

[1]) Cf. 'Beiträge e. q. s.' p. 46 sq., ubi 560 priores Arati Phaenomenon versus conferuntur cum totidem versibus interpretationis Latinae a Cicerone confectae.

[2]) Operae pretium est rationes, quas poetae Graeci dactylos spondeis temperantes secuti sunt, obiter quidem conferre cum rationibus a poetis Latinis observatis, quas accuratius exposuit Drobisch l. c. qua ex disputatione elucet apud Romanos in universum multo crebriores esse spondeos quam apud Graecos. cuius rei causa haud dubie inde repetenda est, quod sermo Latinus multo plures quam Graecus syllabas longas exhibet. hoc igitur modo factum est, ut formae versuum spondeis scatentes, quas a Graecis vitari vidimus, a Romanis adhiberentur saepissime. nam frequentissimi apud plerosque poetas Romanos (Lucretium, Catullum, Vergilium, Horatium, Iuvenalem, Silium Italicum, alios) sunt versus exhibentes speciem dsssd, ad quos proxime accedunt hexametri formae ddssd (cuius modi versu Vergilius Aeneidem, Ovidius Metamorphoses, Lucanus Pharsaliam incohat); deinde secuntur versus, quorum sunt formae dsdsd et sdssd. contra hexametri spondeis prorsus carentes apud omnes poetas Latinos adnumerandi sunt rarissimis. solus Ovidius hac in re paulo propius ad Graecorum artem accessit, apud quem in centenis versibus 5·9 meris dactylis constant. apud Ennium habent in totidem hexametris omnes pedes dactylicos vv. 4·8, apud Valer. Flacc. 3·75, apud Statium 3·0, apud Iuvenalem et Lucanum 2·3, apud Persium 2·2, apud Horatium (de arte poet.), Manilium, Silium Ital. 2·0, apud Lucretium 1·4, apud Claudianum 0·9, apud Ciceronem in Arateis 0·7, apud Catullum 0·2.

multo plures pro rata parte invenerit dactylos quam apud poetas aetatis paulo superioris, velut apud ipsum Vergilium [1]), hanc rem linguae naturae iure tribuet; immo ipsorum poetarum studio atque ingenio id imputandum est. nam etiam qui post Ovidium versu heroico in carminibus pangendis usi sunt poetae Latini saepius in universum admiserunt spondeum quam Ovidius.

Iam priusquam ad alteram huius capitis partem transeamus, pauca quidem de carminibus dubiae originis, quae inter Theocritea leguntur, proferre mihi liceat. quae carmina cum inter se, ubi de singulorum versuum formis agitur, nequaquam congruant, haud inutile erit tabulam, qua discrepantiae illae inlustrentur, proponere:

formae versuum	c. XIX	c. XX	c. XXI	c. XXIII	c. XXVII
1 ddddd	2	14	14	11	18
2 sdddd	3	6	4	12	17
3 dsddd	—	8	9	15	12
4 ddsdd	—	4	2	2	3
5 dddsd	—	4	4	3	3
6 ssddd	—	1 (v. 30)	8	5	6
7 dssdd	1 (v. 2)	3	6	5	1 (v. 23)
8 ddssd	—	—	2 (vv. 56, 60)	—	—
9 sdsdd	1 (v. 5)	3	3	2	2
10 dsdsd	—	1 (v. 6)	1 (v. 4)	6	2
11 sddsd	1 (v. 1)	1 (v. 36)	4	1 (v. 46)	2
12 sssdd	—	—	2 (vv. 17, 31)	—	—
13 dsssd	—	—	1 (v. 67)	—	—
14 sdssd	—	—	—	—	3 (vv. 36, 59, 61)
15 ssdsd	—	—	2 (vv. 11, 28)	1 (v. 51)	—
16 ssssd	—	—	1 (v. 66)	—	—
	8	45	63	63	69
17 sddds	—	—	—	—	1 (v. 28)
18 dsdss	—	—	1 (v. 55)	—	—
	—	—	1	—	1

Iam primo obtutu nemo non videt c. XXI. a ceteris maiore variarum formarum multitudine differre. etiam versus spondiaci in hoc carmine et

[1]) Inveniuntur apud Ovidium in 560 prioribus verss. libri Metamorphoseon primi 1784 dactyli, 1016 spondei (sequor hac in re Drobischium, nisi quod etiam pedis quinti et versuum spondiacorum, ne a via in poetis Graecis aestimandis inita recederem, duxi rationem); apud Vergilium in totidem prioribus primi Aeneidis libri versibus 1528 dactyli extant, 1272 spondei. hic igitur spondei cum dactylis eandem habent rationem, quam 1 cum 1·2; apud Ovidium autem eandem, quam 1 cum 1·75.

XXVII. solis insunt. in edyllio autem XX. variarum hexametri formarum usum maxime restrictum videmus (carmen enim XIX., cum non plus VIII versus exhibeat, minus in censum venit); nam X modo formae in eo reperiuntur, quarum IX etiam Nonnus admisit; forma autem decima (ssddd) semel tantum occurrit, in versu 30, qui anaphorae figura est insignis: *καὶ πᾶσαι καλόν με κατ' ὤρεα φαντὶ γυναῖκες, | καὶ πᾶσαι με φιλεῦντι.*

Eaedem formae X extant in c. XXIII., augentur autem forma ssdsd, quae invenitur v. 51 *τὰν λεπτὰν σχοινῖδα, βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ.* sed valde dubites, num lectio *ἔμβαλλε* sit genuina. tres enim codices, Vat. 1311, Vat. 1379, Ambros. 75 exhibent *ἔβαλλε,* Med. 43 *ἐνέβαλλε. ἔβαλλε* autem ortum esse ex *ἐνέβαλλε* non minus veri simile est quam ex *ἔμβαλλε.* si igitur rei metricae rationem habemus, lectio *ἐνέβαλλε,* quae etiam libris m. scr. magis comprobatur, praeferenda esse videtur.

In edyllio XXVII. inter hexametros, quorum pes quintus dactylo efficitur, praeter easdem formas, quae inveniuntur in cc. XX. et XXIII., tres versus leguntur ad schema sdssd conformati. quae res eo magis digna est notatu, quod haec versus heroici forma in omnibus Theocriti carminibus bucol. non saepius reperitur. anaphora autem unus modo ex tribus illis carminis XXVII. versibus conspicuus est, dico v. 36 *τεύχεις μοι θαλάμους, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;*

Numerum autem dactylorum et spondeorum in universum si spectamus, maxime praevalent dactyli in ed. XX., minime in ed. XXI.; cc. XXIII. et XXVII. hac in re medium tenent locum. habent quidem spondei cum dactylis

in	c. XX.	eandem	rationem,	quam	1	cum	4·6,
„	c. XXI.	„	„	„	1	„	2·6,
„	c. XXIII.	„	„	„	1	„	3·3,
„	c. XXVII.	„	„	„	1	„	3·2.

II.

Cum ex eis, quae exposuimus, iudicium, quod declaravit Theocritus in eligendis adhibendisque variis hexametri formis, cognosci possit, iam in eo est, ut, qui in singulis versus sedibus usus spondeorum sit proprius, quo modo illae hac in re inter se differant, accuratius demonstremus. constat enim iam in Homeri carminibus ne in quattuor prioribus quidem hexametri pedibus, ut omittamus sedem quintam, parem esse spondeorum frequentiam; longe plurimi quidem reperiuntur in sedibus prima et altera, multo pauciores in pede tertio et quarto. qua in re etiam ab omnibus inferiorum temporum poetis Graecis in universum Homeri pressa esse videmus vestigia. ac Theocritus quam in spondeis inter singulas versus sedes distribuendis secutus sit rationem, ex hac perspici potest tabula:

singulae versuum sedes		in cc. bucol.	in cc. mim.	in cc. epicis	in omnibus Theocr. cc. genuin.	in cc. dub.
I sed.	dact.	465 v. 53·1%	238 v. 53·7%	639 v. 60·4%	1342 v. 56·45%	176 v. 62·0%
	spond.	411 „ 46·9 „	205 „ 46·3 „	419 „ 39·6 „	1035 „ 43·55 „	108 „ 38·0 „
II sed.	dact.	438 „ 50·0 „	270 „ 61·0 „	633 „ 59·9 „	1341 „ 56·4 „	171 „ 60·2 „
	spond.	438 „ 50·0 „	173 „ 39·0 „	425 „ 40·1 „	1036 „ 43·6 „	113 „ 39·8 „
III sed.	dact.	669 „ 76·4 „	351 „ 79·2 „	954 „ 91·2 „	1974 „ 83·0 „	234 „ 82·4 „
	spond.	207 „ 23·6 „	92 „ 20·8 „	104 „ 9·8 „	403 „ 17·0 „	50 „ 17·6 „
IV sed.	dact.	738 „ 84·3 „	349 „ 77·8 „	795 „ 75·2 „	1882 „ 79·2 „	234 „ 82·4 „
	spond.	138 „ 15·7 „	94 „ 21·2 „	263 „ 24·8 „	495 „ 20·8 „	50 „ 17·6 „
V sed.	dact.	865 „ 98·8 „	429 „ 96·9 „	986 „ 93·2 „	2280 „ 96·0 „	281 „ 98·9 „
	spond.	11 „ 1·2 „	14 „ 3·1 „	72 „ 6·8 „	97 „ 4·0 „	3 „ 1·1 „

Unde adparet a Theocrito quoque spondeum saepissime in pedibus primo et altero esse admissum. inter se autem hae sedes spondeorum frequentia in universum quidem non differunt, id quod ex numero spondeorum, qui in omnibus Theocriti carminibus in utraque sede inveniuntur (MXXXV in pede primo, MXXXVI in pede altero), satis elucet. sed cum spondeis non minus quam caesuris rhythmus, quem vocant, retardetur, poetis, qui numerorum concinnitati elegantiaeque studebant, in admittendis spondeis incisionum ratio erat ducenda. in primis autem enitendum eis erat, ne singuli pedes, si duo vel plures spondei inter se excipiebant, nimis dirimerentur, id quod vocabuli exitu conveniente cum fine spondei facile poterat fieri. ac maxime hoc valet de priore hexametri membro, quod finitur caesura primaria; in eo enim spondeorum frequentia multo maior est quam in hemistichio altero. Callimachum vero Heep l. c. p. 11 studuisse ait, ne in hac hexametri parte, si spondeus in ea inesset, plus unam admitteret incisionem. neque Theocritus, quamquam aliquanto liberius hunc versatum esse, praecipue in edylliis bucol. negari nequit, ab eadem ratione iusto longius recessit. maximi autem hac in re momenti sunt ii versus, qui a binis spondeis initium capiunt, quos accuratius inspicere haud inutile erit.

Insunt quidem huius modi versus in cc. bucol. CLXXXVI, in mim. LXVII, in ep. CXIX, in cc. dub. XXX. quorum versuum nonnulli ita sunt comparati, ut nulla paene in priore hemistichio sentiatur incisio, id quod poeta interdum vocabulis per totum fere prius hexametri membrum pertinentibus, saepius autem vocalium finalium elisione, qua voces quodam modo coalescunt, adsequitur. atque illud observari potest in his versibus: *a)* VII 29 *ἐν δ' ἀμητήρεσσι. τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰαίνει,* *b)* XIV 30 *χὡ Λαρισαῖος »τὸν ἐμὸν Λύκον« ᾆδεν ἀπ' ἀρχᾶς,* *c)* XXIV 17 *τὼ δ' ἐξειληθέντες ἐπὶ χθονὶ*

γαστέρας ἄμφω. frequentiores autem sunt versus, quorum in priore hemistichio breviora vocabula elisione artius conectuntur, velut IV 13 δειλαῖαί γ' αὗται, 46 σίτθ' ἁ Κυμαίθα[1]). sunt vero huius modi versus in cc. ep. pro rata parte frequentissimi. ac similiter voces cohaerent his locis: *a*) I 22 καὶ τᾶν Κραναιᾶν, 152 οὐ μὴ σκιρτασεῖτε; V 97, 143; VI 39; XV 97; *c*) XVII 114; *d*) XXI 32.

Ceteri autem hexametri a binis spondeis incipientes apud Theocritum omnes fere ita sunt comparati, ut in priore uniuscuiusque membro semel tantum aut post alteram arsim aut post pedem primum incidatur. atque illa caesura est frequentior; sunt enim in edyll. bucol. eius generis versus XCV ea instructi, in cc. mim. XL, in ep. LXVIII, in dub. XV; contra in fine pedis primi in cc. bucol. LXI versus inciduntur, in mim. XVII, in ep. XXVIII, in dub. XIII. in duobus modo versibus cc. bucol. VIII 51 ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος . . . et XI 59 ὥστ' οὐκ ἄν τοι ταῦτα . . ., quorum priori vocis τῆνος repetitio adfert excusationem, incisio cum alterius pedis fine convenit. duo versus in eiusdem generis carminibus interpunctione post arsim primi pedis insignes sunt: IV 2 οὐκ, ἀλλ' Αἴγωνος· βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν, X 25 παῖδ'· ὧν γάρ χ' ἅψησθε θεαί, καλὰ πάντα ποιεῖτε.

Haud raro versuum illorum post pedem primum vel post arsim secundam incisorum priora hemistichia duabus tantum constant vocibus, velut I 109 ὡραῖος χὤδωνις, 148 ἀδεῖαν, τέττιγος[2]). si autem priore vel altera parte prioris hemistichii duae vel tres continentur voculae, semper fere hae artissimo inter se coniunctae sunt vinculo. ac plerumque quidem substantivum in illis versus partibus inest cum articulo vel praepositione consociatum (velut I 16 συρίσδεν. τὸν Πᾶνα, VII 137 Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο), aut pronomen relativum vel coniunctiones (veluti καί, μή, εἰ) cum sequentibus artissime conexae (veluti XVI 83 κούρη θ', ἣ σὺν ματρί, IV 35 τηνεῖ καὶ τὸν ταῦρον, V 51 αἴκ' ἔνθῃς, ὕπνῳ), aut vox aliqua insequente enclitica vel voculis, quae encliticarum vice funguntur (μέν, δέ, γάρ), sequentibus (veluti XIII 63 ἐξ εὐνᾶς σπεύσαι κεν, XII 22 ἀλλ' ἤτοι τούτων μέν, V 131 φέρβεσθαι, πολλὸς δέ, ibid. 67 τεῖδ' ἐνθών· ἄμμες γάρ).

---

[1]) Exempla cetera sunt haec: *a)* IV 60; V 56, 58, 92, 135; VI 27; VII 111, 150; VIII 35, 76; IX 32; X 19, 29, 43, 50; XI 5, 22, 36; *b)* II 66, 86, 127; XV 84, 87, 93, 132; XVIII 22; *c)* XIII 15, 25, 37, 75; XVI 25, 90, 108; XVII 8, 93, 110, 128; XXII 33, 163, 170; XXV 28, 56, 137, 150; XXVI 22, 35; epgr. I 5; *d)* XXI 17; XXVII 22.

[2]) Quibus accedunt hi loci: *a)* III 38 αὐτάν; ᾀσεῦμαι, IV 34; V 6, 9, 28, 103, 113, 125, 139; VI 28, 30, 44; VII 6, 104, 124, 133, 142; VIII 4, 20, 89; IX 20, 26; X 7; *b)* II 73, 109, 133; XIV 12, 55; XV 6, 51, 62, 69, 70, 71, 105, 127; XVIII 26, 48; *c)* XIII 20; XVI 15, 72, 78, 100, 107; XVII 23, 94, 125, 134; XXII 6, 18, 22, 39, 72, 77, 138; XXIV 50, 112; XXV 114, 119, 128, 196, 200, 207, 248, 273; XXVI 36; *d)* epgr. III 1.

Minus arte cohaerent vocabula in prioribus hemistichiis horum versuum: VI 43 χῶ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν, IX 33 τᾶς μοι πᾶς εἴη πλεῖος δόμος. οὔτε γὰρ ὕπνος, XV 77 κάλλιστ'· ἔνδοι πᾶσαι, ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλᾴξας. sed in versu VI 43 repetitio vocis τῷ praebet excusationem, et in v. XV 77 Theocritus, id quod ex altera parte huius hexametri ipsius elucet, certam quandam formulam in nuptiis sollemnen imitatus est, ut excusandum esse videatur, si plus quam alibi eo loco sibi concesserit.

Ne nimis lente procederent versus a binis spondeis initium capientes, Theocritus etiam caesura pedis tertii efficere studuit. ac maluit ille in huius modi hexametrorum multo maiore numero incisionem admittere tertii pedis trochaicam, qua versus fieret volubilior. si enim recesseris a versibus, qui etiam in tertia sede exhibent spondeum quosque caesura semiquinaria dividere cogebatur poeta, restant in cc. bucol. hexametri CLIII a binis spondeis incipientes, in mim. LVIII, in ep. CXIII, in dub. XXVI; caesuras autem tertii pedis si respexeris, reperitur in cc. buc. CXIX locis (vel 77·8%) caes. troch., XXXIV ll. (vel 22·2%) semiquinaria, in cc. mim. XLIII locis (vel 74·1%) caes. troch., XV ll. (v. 25·9%) semiquinaria, in cc. ep. XCII locis (vel 81·3%) caes. troch., XX ll. (v. 17·8%) semiquinaria. unus carminum epicorum versus huc pertinens (XXII 72 ὀρνίθων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί) caesura pedis tertii caret. in cc. dub. XIX versus caesura tertii pedis trochaica, VII semiquinaria inciduntur.

Ii autem hexametri, qui caesuram habent semiquinariam, paucis exceptis bucolica etiam, quae ad versus volubilitatem augendam non nihil adfert, instructi sunt. operam igitur dedit poeta, ut prioris hemistichii gravitatem aucta in altero numerorum celeritate compensaret. spatium vero inter semiquinariam et bucolicam caesuram saepe (in primis in edyll. ep.) uno expletur vocabulo huiusce formae ⏑⏑–⏑⏑, velut I 22 κατεναντίον[1]). his vocibus poeta praecipue incisionis semiseptenariae evitandae causa usus esse videtur[2]). atque etiam si pluribus expletur vocabulis idem in versibus illis spatium, plerumque ea in unum coalescunt. quae cohaerentia haud raro interpunctione aut in semiquinaria incisione aut in bucolica aut in utraque

[1]) Adde haec exempla: *a)* I 138 ἀπεπαύσατο, III 26 σκοπιάζεται, 34 διδυματόκον, IV 36 Ἀμαρυλλίδι, V 51 μαλακώτερα, 111 ἐρεθίζετε, VII 90 = I 138, VIII 4 δεδαημένω; *b)* II 159 καταδήσομαι, XIV 55 διαπόντιος, XVIII 22 συνομάλικες; *c)* XIII 20 Μιδεάτιδος, XVII 23 περιώσιον, 86 ἀποτέμνεται, 124 περικαλλέας, XXII 119 Πολυδεύκεος, 185 ἐτινάξατο, XXIV 50 ταλασίφρονες, XXV 23 περιμήκεες, 81 χαλεπαινέμεν, 128 ἐπιβήτορες, XXVI 16 πεφοβημένος, 28 χαλεπώτερα, 36 μεμελημέναι; *d)* XXI 46 ποτεφύετο, 53 πεπυκασμένον, XXIII 14 περικείμενος.

[2]) Latissime usus similium maioris amplitudinis vocabulorum dactylis abundantium apud Nonnum patet eiusque sectatores; cf. Scheindler. Annal. gymn. Austr. XXVIII, p. 163.

reposita augetur; quo longius enim intervallum caesura metrica coniuncta cum rhetorica, ut ita dicam, efficitur, eo artiore vinculo ea, quae proxima sunt, conectantur necesse est[1]). laxior reperitur cohaerentia in v. VI 43, quem anaphora esse insignem iam supra vidimus, et v. IV 40 *αἰαῖ τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος, ὅς με λελόγχει,* ubi vocula *μάλα* cum *σκληρῶ* coniungenda est. aliquot denique ex versibus, de quibus agitur, caesura bucolica prorsus carent: *a*) V 86, 97, 99; VIII 66; X 29; XI 66; *b*) XV 15, 36, 69, 97; *c*) XVII 128; XXII 98; XXV 207; XXVI 35.

Hexametri autem, quorum non solum duo priores, sed etiam tertius pes efficitur spondeo, uno excepto omnes, si modo in sede quarta extat dactylus, cum caesura semiquinaria coniunctam habent bucolicam[2]). solus v. XV 6, qui anaphora est insignis (cf. p. 9), incisione post pedem quartum caret. ubi autem in quarta quoque sede erat spondeus, caesura bucolica gravitatem levare numerorum poetae non iam licebat; sed quae huius modi versuum sit condicio, iam p. 7 sq. exposuimus.

Magni momenti ad totius versus numeros recte constituendos est usus s p o n d e i i n p e d e a l t e r o, s i v e d a c t y l u s p r a e c e d i t s i v e s p o n d e u s. hexametri enim, qui semiternaria carentes caesura in sede altera exhibent spondeum ita comparatum, ut vocabulum aliquod eo finiatur, aures offendant necesse est. cuius rei causa inde videtur esse repetenda, quod incisione ante ipsum hemistichii finem, quae in universum vitatur, praecedente spondeo admissa nimia numeris tarditas[3]) adfertur. ac Nonnus similiter atque in poetis Latinis Ovidius eius modi versus prorsus devitavit; minus eos fugit Homerus, apud quem sat frequenter leguntur. certe Christ[4]) DCXXX fere id genus hexametros in Homeri carminibus extare ait. quem numerum si conferimus

---

[1]) Sunt quidem illius generis hi versus: *a)* III 38, ubi spatium illud expletur verbis *ποτὶ τὰν πίτυν*, IV 3 *τὰ ποθέσπερα*, 46 *ποτὶ τὸν λόφον*, 49 *τὸ λαγωβόλον*, V 21 *ἔριφον θέμεν*, 31 *πυρὶ θάλπεαι*, 35 *μέγα δ' ἄχθομαι*, 113 = IV 3, VII 39 *κατ' ἐμὸν νόον*, 45 *μέγ' ἀπέχθεαι*, 109 *κατὰ μὲν χρόα*, 142 *περὶ πίδακας*, VIII 20 *τὰ δὲ τῶ πατρός*, 89 *ἐπὶ ματέρι*, 92 *παρὰ ποιμέσι*, IX 25 *καλὸν ὄστρακον*, X 23 *πρότερόν ποκα*; *b)* II 1 *φέρε Θεστυλί*, 60 *καθ' ὑπέρτερον*, 94 *τὸν ἀλαθέα*, XIV 12 *καὶ ὁ Θεσσαλός*, 30 *τὸν ἐμὸν Λύκον*, XV 51 *τί γενώμεθα*, 127 *τῷ Ἀδώνιδι*, XVIII 52 *Κρονίδας Ζεύς*; *c)* XIII 15 *ἐς ἀλαθινόν*, XXV 119 *περὶ πάντων*, epgr. I 5 *κεραὸς τράγος*; *d)* XXI 32 *κατὰ τὸν νόον*, XXIII 26 *τὸν ἐμὸν πόθον*, epigr. V 5 *λασίας δρυός*.

[2]) Cf. *a)* I 9, 71, 102, 110, 144; IV 2, 11, 13, 15, 26, 31; V 17, 28, 45, 96, 120, 139, 143; VI 27, 44; VII 106, VIII 3, 21, 35, 76; IX 33; X 43; XI 22, 36, 72; *b)* II 24, 98, 118, 155; XV 70; *c)* XVII 93, 114; XXII 39; *d)* XXI 17. 31; epgr. IV 1.

[3]) Cf. quae de huius modi versibus dicit Giseke (Homer. Forsch. p. 138): 'Nach dem Dactylus lähmt der Spondeus den Gang des Verses und bringt eine augenblickliche Stockung im Vortrag hervor, welche keinen angenehmen Eindruck macht'.

[4]) Cf. Sitzungsber. der phil.-philol. und hist. Classe der k. bair. Akad. d. Wissensch. 1879, p. 174 sqq.

cum similium versuum numero apud Theocritum, concedendum est hunc poetam, — quamquam ab Hilbergio de rationibus, quas in variis syllabis finalibus in thesi spondei pedis alterius usurpandis singuli poetae secuti sunt, disputante (Princip der Silbenwäg., p. 97 et 129) in universum in eodem genere atque Homerus et alii, qui minus severas hac in re observarunt leges, ponitur — sat caute in admittendis, de quibus verba fiunt, versibus versatum esse. potest enim molestia, quam incisio post alterum spondeum parat, variis rationibus imminui vel potius tolli. omnes quidem versus, qui caesura semiternaria instructi sunt, ita quidem, ut thesis spondei in sede altera vocula efficiatur monosyllaba, quae cum verbis sequentibus artius cohaereat (velut VIII 67 *ταὶ δ' ὄιες, μηδ' ὔμμες ὀκνεῖθ' ἁπαλᾶς κορέσασθαι* vel XV 107 *ἀνθρώπων ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν*), excipiendos esse hoc loco de eisque solis agi, qui caesura semiternaria careant, iam supra indicavimus. sed etiam ex huius modi hexametris ii multo minus displicent, in quibus pedis alterius spondeus duobus expletur vocabulis[1]). deinde offensio tota fere tollitur accedente enclitica in pede tertio vel alia voce cum eis, quae praecedunt, arte copulata. neque ipsa verborum compositio parvi hac in re est momenti. ubi enim primus hexametri pes interpunctione a sequentibus separatur et quasi adiungitur ad versum praecedentem, alterius pedis spondeus partes quodam modo suscipit pedis primi neque incisio illum subsequens aures male adficit.

Apud Theocritum vero hexametri eius generis, quod tractamus, paucis exceptis omnes habent, quo molestia aut imminuatur aut tollatur. ac nonnullis quidem versibus offensio ratione, quam primo loco exposui, removetur; voces, quibus spondeus pedis alterius efficitur, haud raro ambae arte cohaerent cum sequentibus, nonnumquam etiam interpungitur post pedem primum: *a*) V 31 *μὴ σπεῦδ'· οὐ γάρ τοι*, VII 39 *οὐ Δᾶν· οὐ γάρ πω* (qui duo versus, cum interpunctione post primi pedis spondeum reposita offensio, quae inesse solet hexametris, quorum in initio quattuor vel quinque extant voculae monosyllabae[2]), valde imminuatur, multum differunt ab eius modi versibus, qualis est Hom. Σ 362 *καὶ μὲν δή πού τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι*), XI 59 *ὥστ' οὐκ ἄν τοι ταῦτα*, accedit versus V 44 *ἀλλὰ γὰρ ἕρφ' ὧδ', ἕρπε, καὶ ὕστατα βουκολιαξῇ*, in quo post alterius pedis spondeum interpungitur (cf. XIV 51); sed nihilominus vox repetita *ἕρπε* arte cum praecedentibus coniuncta est, quae cohaerentia elisa littera finali vocis *ὧδε* adiuvatur; *b*) XIV 3 *πράσσομες οὐχ ὡς λῷστα*, 65 *Αἰσχίνα. ὥστ' εἴ τοι*, XV 2

---

[1]) Cf. Christ. l. c. p. 174, adn. 34.

[2]) Hoc tamen non valere de versibus, in quibus vocabulis illis monosyllabis dactyli efficiuntur (velut VIII 85 *αἰ δέ τι λῇς με καὶ αὐτὸν ἄμ' αἰπολέοντα διδάξαι*), per se satis patet.

θαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦνθες; c) XVI 83 κούρη θ', ἣ σὺν ματρί, XVII 15 βούλαν, ἂν οὐκ ἄλλος, XXII 57 θαρσέω, κοὐκ ἐκ σεῦ με, 62 δαιμόνι', οὐδ' ἂν τοῦδε, 63 γνώσεαι εἴ σευ δῖψος, XXV 81 ᾔδει δ', ᾧ τε χρή, 177 εἴπ' ἄγε νῦν μοι πρῶτον. rarissime thesis spondei in pede secundo vocula monosyllaba efficitur, quae ad vocem praegressam plus unam syllabam exhibentem se adplicet, id quod semel fit praecedente dactylo, I 47 τὰν ὀλίγος τις κῶρος, bis praecedente spondeo, quod paulo durius est: VIII 51 ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος (hoc exhibent codd., Fritzsche e coniectura scripsit ἐν τήνοις τῆνος), X 37 ἁ φωνὰ δὲ τρύχνος. sed uterque horum versuum habet, quo excusetur; in priore enim repetitio vocis τῆνος in censum venit, in altero autem, quo Bombyces proprietates a Batto describuntur, verba ἁ φωνὰ δέ respondent antecedentibus οἱ μὲν πόδες et sequentibus τὸν μὰν τρόπον. haud genuina vero videtur esse scriptura in c. dub. XXIII 42 οὐ δύναμαι ζῆν, εἴγε διαλλάξεις με φιλάσας, ubi incisio post pedem alterum interpunctione adiuta offensioni est. reperitur quidem etiam in vv. V 44 et XIV 51 post pedis secundi spondeum interpunctio, sed horum locorum prorsus alia est natura. ac de priore supra verba feci; altero νῦν δὲ πόθεν; μῦς, φαντὶ Θυώνιχε, γεύμεθα πίσσας gravius interpungitur in caesura semiternaria neque vox μῦς a sequentibus separanda est. ceterum in versu illo carminis XXIII. ipsi libri manu scripti, ut recedatur a lectione vulgata ex edit. Iuntina profecta, suadent, cum verborum ζῆν· εἴγε loco εἶν σε praebeant. coniecturas vero, quas ad hunc versum sat multas et varias viri docti protulerunt, congessit in editione maiore Fritzsche.

Ex versibus, in quibus incisio post alterius pedis spondeum admissa vocem duarum vel plurium syllabarum excipit, primum ii haud multum habent offensionis, in quibus ad vocem illam vel encliticae vel his similes voculae se adplicant: a) V 58 στασῶ δ' ὀκτὼ μέν, 68 βουκολιαστάς ἐστι, 86 φεῦ φεῦ Λάκων τοι, 92 ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστί, 111 οὕτως χυμές θην, VI 29 σῖγα δ' ὑλακτεῖν νιν; in v. VIII 91, ubi vulgata lectio haec est: ὥτερος, οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο, haud scio an iure Ahrens et Meineke Hermannum secuti pro καὶ restituerint κα, quod repositum artius ad vocabulum οὕτως se adplicat. hac immutatione etiam difficultas, quam praebet optativus ἀκάχοιτο, qui particula ἄν vel simili caret[1]), tollitur; accedit, quod voculam καί, quae cum sequentibus semper artissime cohaeret quamque Hoffmann[2]) haud iniuria omnium προκλιτικωτάτην adpellat, in toto Theocrito frustra in arsi tertia insequente caesura semiquinaria quaesiveris[3]); b) II 38 ἠνίδε σιγῇ μέν (ceterum hic versus aeque ac v. V 58 anaphora est insignis);

---

[1]) Cf. quae exposuit Hiller ad v. VIII 20.

[2]) Cf. Quaestt. Homer. p. 7.

[3]) Cf. infra p. 42, 51.

c) XVI 65 ἄργυρος, αἰεὶ δέ, XXII 211 μάρμαρον, αὐτὸν δέ. interdum alia quoque vocabula cum praegressis artiore vinculo coniuncta pedis alterius spondeum excipiunt interpunctione haud raro (in primis in cc. mim. et epicis) praecedente vel subsequente, velut a) I 13 ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον[1]). aliquanto laxior est conexus vocum, quae in re, de qua agitur, in censum veniunt, hisce in versibus: b) II 40 ἀλλ' ἐπὶ τήνῳ πᾶσα καταίθομαι, c) XVI 16 πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων, 21 οὗτος ἀοιδῶν λῷστος, XXII 178 εἷς· ἀτὰρ ἄλλοι πάντας ἐνφρανέουσιν, 214 χαίρετε Λήδας τέκνα, XXV 22 ἱερὸν ἁγνὸν ξεῖνε. sed in his hexametris omnibus in sede prima extat dactylus neque ullum inveni in Theocrito versum ita comparatum, qualis est Hom. *Η* 231 ἡμεῖς δ' εἰμὲν τοῖοι, οἳ ἂν σέθεν ἀντιάσαιμεν vel κ 435 ὥσπερ Κύκλωψ ἔρξ', ὅτε οἱ μέσσαυλον ἵκοντο. in versibus X 13 ἐκ πίθω ἀντλεῖς δῆλον... et XV 77 κάλλιστ'· ἔνδοι πᾶσαι. . . . Theocritus ad proverbiorum formulas verba conformasse videtur, unde habent hi loci, quo excusentur. male autem editur a Zieglero v. VII 24, ubi ille scribit ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; ἤ τινος ἀστῶν, de quo versu infra, cum de brevibus vocalibus ante mutam cum liquida productis agemus, verba nobis facienda erunt.

In tertio pede spondei usus, cum iam apud Homerum multo artioribus finibus quam in ceteris sedibus quinta excepta sit circumscriptus, apud poetas aetatis inferioris est etiam rarior. quam rem frequentia caesurae tertii pedis trochaicae magis magisque aucta explicandam esse nemo non videt. atque apud ipsum Theocritum in eo carminum genere, in quo latissime patet caesurae semiquinariae usus, etiam versus in sede tertia spondeum exhibentes sunt frequentissimi. plus dimidium enim (CCVII) omnium, qui huc pertinent, versuum (CCCCIII) in edylliis extat bucol., ubi etiam caesura semiquinaria multo frequentior est quam in carminibus mimicis et epicis. et cum in universum caesuram semiquinariam saepius quam trochaicam pedis tertii apud Theocritum sequitur incisio bucolica, tum, si forma pedis tertii est spondiaca, raro caesura post pedem quartum neglegitur. idem in Callimacho quoque observavit Heep[2]). adparet quidem operam dedisse poetas, ut numeris, qui tertii pedis spondeo caesuraque masculina, praesertim si etiam primus vel alter pes erant spondiaci, duriores facti erant, volubilitatem admissa in altero hemistichio incisione bucolica redderent; simul hac caesura numerus hexametri dactylicus, qui semiquinaria transit in anapaesticum, restituitur.

---

[1]) Accedunt vv: I 21, V 101 = I 13; b) XIV 35 ἤλασα, κἄλλαν αὖθις. ἀνειρύσσασα . ., XV 8 ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος. ἐπ' ἔσχατα . ., 26 (Gorgo:) ἕρπειν ὥρα κ' εἴη. (Praxinoa:) ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά; c) XII 34 ὄλβιος, ὅστις παισί, XVII 97 πάντοθε. λαοὶ δ' ἔργα, XXII 170 πείθεσθ'· ἄμφω δ' ἄμμιν, XXV 78 ὦ πόποι, οἷον τοῦτο.

[2]) Quaestt. Callim. p. 16 sq.

In censum hoc loco non veniunt hexametri, quorum quartus quoque pes praeter tertium spondeo efficitur; nam post quarti pedis spondeum cum alii poetae, tum Theocritus, id quod infra videbimus, incisionem vitabat. sed huius modi versus in omnibus Thocriti carminibus non plus XLV reperiuntur, ad quos accedunt septem ex edylliis originis incertae[1]). his igitur hexametris detractis restant versus, in quibus est spondeus in tertia sede, in cc. bucol. CXCIV, in mim. LXXVI, in ep. LXXXVIII, in dub. XLIII; ex quibus incisione bucolica carent in edylliis bucol. XIII, in mim. XXI, in ep. XV, in dub. V; ceteri omnes ea sunt instructi. quod si singula carmina spectas, in primo, quod statuimus, edylliorum genere longe plurimi e versibus bucolica incisione carentibus c. VIII. continentur, in altero genere c. XV., in edylliis epicis hexametri illi pari fere modo per singula carmina distribuuntur; sola cc. XVII. et XXIV. eius modi versibus omnino carent[2]). in versibus autem caesura bucolica ornatis semper fere spatium, quod inter hanc incisionem et semiquinariam extat, aut uno expletur vocabulo formam exhibente ionici a maiore aut, si plura sunt, artissime inter se coniunctis. una quidem voce ea hexametri pars efficitur in edyll. buc. XXIX locis, in mim. XV, in ep. XXV, in cc. dub. XII locis[3]).

Praeterea ne id quidem neglegendum esse videtur, in versibus, quorum pes tertius est spondiacus, saepissime in caesura semiquinaria reperiri inter-

---

[1]) Cf. p. 7 sq., ubi accuratius de his versibus egi.

[2]) Sunt quidem hexametri, in quibus ad tertii pedis spondeum non accedit post pedem quartum incisio, hi: *a)* VIII 8, 10, 11, 12, 75, 86, 87, 91; IX 30; X 39, 48; XI 37; *b)* II 12, 20; XIV 25, 33; XV 6, 14, 19, 21, 35, 39, 56, 57, 66, 80, 95, 96, 126, 128, 129; XVIII 53, 54; *c)* XIII 7; XVI 2, 23, 68; XXII 56, 120, 140; XXV 26, 132, 192, 212; XXVI 1, 29, 38; XII 20; *d)* XX 45; XXI 16; XXIII 18, 61; epigr. IV 13.

[3]) Habes singulos locos accurate enotatos: *a)* I 17 *ἀμπαύεται*, 21 *ἑσδώμεθα*, 27, 29; III 28, 31; IV 12, 31; V 8, 43, 64, 120; VII 32, 43, 44, 55, 59, 61, 69, 80, 112, 129, 148; VIII 3, 39, 77 (sed videtur hic v. interpolatus esse); IX 7 = VIII 77; X 15, 47; *b)* II 2, 5, 121, 146, 154; XIV 17, 63; XV 61, 81, 122 = 61; XVIII 1, 32, 40, 41, 47; *c)* XIII 27; XVI 38, 63; XVII 104, 114; XXII 36, 47, 71, 145; XXIV 20, 33 = XV 61, 61, 84, 98, 104, 111, 123; XXV 3, 71, 74, 173, 178, 243, 275; XXVI 20; *d)* XIX 2; XX 14; XXI 9, 30, 31, 44, 45, 47, 55, 57; XXIII 34, 36. ex ceteris hexametris huc spectantibus eos tantum adferre mihi liceat, in quibus spatium inter caesuras semiquinariam et bucolicam substantivo, cui praecedit articulus, expletur: *a)* I 9 *τὰν οἰίδα*, 49 *τὰν τρώξιμον*, 80 *τοὶ ποιμένες*, 87 *τὰς μηκάδας*, 90 *τὰς παρθένος*, III 40 *τὰν παρθένον*, IV 13 *τὸν βουκόλον*, 15 *τᾶς πόρτιος*, 21 *τοὶ δαμόται*, 37 *χὠ βουκόλος*, V 10 *τῷ δεσπότᾳ*, 17 *τὰς λιμνάδας*, 28 *τὸ πλατίον*, 72 *τῶ Θουρίω*, 90 *τὸν ποιμένα*, 96 *τᾷ παρθένῳ*, 100 *ταὶ μηκάδες*, 114 *τὼς κανθάρος*, 138 = 90, 139 *τὰν ἀμνίδα*, 143 *τῶ ποιμένος*, VI 45 *ταὶ πόρτιες*, VII 151 = V 90, VIII 35 *τὰς ἀμνάδας*, 76 = IV 15, IX 8 = IV 37, X 3 *τῷ πλατίον*, 6 *τᾶς αὔλακος*, 9 *τῶν ἔκτοθεν*; *b)* II 53 *τὸ κράσπεδον*, 74 *τὰν ξυστίδα*, 130 *τᾷ Κύπριδι*, 130 *τὰν Δωρίδα*; *c)* XX 19 *τὸ κρήγυον*, 40 = IV 13, 42 = 40, XXI 50 *τῶ τρώματος*, XXIII 37 *τὸν τλάμονα*, XXVII 2 = IV 13.

punctionem, quae res ad cohaerentiam verborum, quae antecedunt vel subsecuntur, non nullius est momenti[1]). atque exhibent versuum, de quibus agitur, CXXIX (quae est tertia fere pars) in caesura pedis tertii interpunctionem, ad quos accedunt ex cc. dub. versus XI, quorum eadem est condicio. etiam bucolica incisio in hexametris, de quibus verba fiunt, sat frequenter adiuvatur interpunctione. LXXXV locis hoc fit in Theocriti edylliis, XV in cc. dub. in utraque autem caesura quindeciens oratio distinguitur: *a*) I 80, 106, 149; III 52; V 3, 38, 45; VII 13; VIII 33; XI 29; *b*) XIV 44, 70; XV 1, 70, 73; quibus addendi sunt duo versus ex cc. dub.: XX 29 et 37.

De quarti pedis spondeo cum nobis agendum sit, ubi de caesura bucolica exponemus, nihil iam impedire videtur, quominus transeamus ad spondei usum in pede quinto. hac in sede versus heroici omnes poetae in universum raro spondeum admittebant. cavendum enim eis erat, ne nimis oblitteraretur in audientium vel legentium animis numerus hexametri dactylicus, quam ob causam hunc versum in primis in ipso exitu genuinam suam exhibere naturam voluerunt. ceterum in tota altera hexametri parte componenda omnes poetas severiores sese praestitisse quam in priore satis constat[2]). neque tamen apud poetas, qui diversis temporibus floruerunt, idem versuum spondiacorum usus observatur. Homerus quidem cum inter XVIII fere hexametros semel admisisset in pede quinto spondeum[3]), poetae nonnulli posteriores, in primis qui erant Alexandrinae, quae dicitur, aetatis, multo magis eius modi versus amabant[4]). qua in re memoratu dignum est ab isdem poetis in ceteris versus pedibus in universum rarius spondeum in dactyli locum substitutum esse magisque versuum volubilitatem adfectatam quam ab Homero. referebant enim haud dubie poetae illi versus spondiacos inter aurium oblectamenta, quae quanto studio captarint, non est quod exponam. atque etiam apud Theocritum in eis carminibus, in quibus dactylorum frequentia illum prope ad aequales suos accedere supra vidimus[5]), multo frequentius pes quintus spondiacus est quam in ceteris edylliis. rarissimi enim sunt versus spondiaci in carminibus bucol. (XI), frequentiores (XIV) in mim., frequentissimi (LXXII) in ep.: *a*) I 38, 71, 75, 136; V 113; VII 23, 48, 133; X 58; XI 24, 58; *b*) II 35; XIV 33; XV 27, 48, 63, 82, 83, 87, 98, 110, 133, 143, 145; XVIII 3; *c*) XIII 20, 42, 43, 44;

---

1) Cf. p. 23 sq.

2) Cf. Luc. Muelleri 'De re metr.' p. 132.

3) Cf. Imm. Bekkeri 'Homer. Blätter' I p. 147 sq., Ludwichii 'De hexametris Graecorum spond.' Halis Sax. 1866, p. 9 sq.

4) Cf. Ludwich. l. c. p. 15 sq.

5) Cf. p. 15.

XVI 3, 4, 56, 58, 70, 76, 77, 80, 86, 91[1]); XVII 23, 26, 27, 60, 61, 79, 82, 101; XXII 39, 43, 51, 92, 100, 107, 163, 174, 189, 216; XXIV 2, 16, 29, 47, 54, 61, 77, 78, 85, 110, 127; XXV 7, 10, 23, 25, 29, 30, 31, 35, 48, 66, 87, 98, 99, 107, 110, 143, 154, 159, 168, 173, 191, 198, 202, 222, 233, 263, 279; XXVI 36; XII 2. in edylliis originis dubiae tres insunt huius modi versus: XXI 55; XXVII 28; epigr. IV 11. nullum exhibent versum spondiacum quinque cc. bucol. III., IV., VI., VIII., IX. et ex edylliis dub. cc. XIX., XX., XXIII. saepius autem pro rata parte quam apud Homerum leguntur versus σπονδειάζοντες in primis in edylliis epicis XXV., XVI., XXIV., quorum in primo inter denos fere (10·4) versus unus est spondiacus, in altero inter 10·9, in tertio inter 12·7 versus. ad quae edyllia proxime accedit carm. mim. XV., ubi 13·5 hexametri unum exhibent spondiacum.

Quales sint quattuor priores versuum, quos tractamus, pedes, ex tabellis, quas p. 7 proposui, satis elucet. admisit quidem Theocritus duodecim varias versuum spondiacorum formas; sed aeque ac poetae alii operam dedit, ne numeri spondeo in sede quinta posito satis retardati nimis lenti gravesque evaderent. qua de causa ii versus sunt frequentissimi, qui ante pedem quintum aut nullum exhibent spondeum aut unum vel in prima vel in altera sede repositum. horum generum hexametri plus duas partes (dico LXIV) omnium versuum spondiacorum efficiunt. proximi frequentia (XIII) ii sunt versus, quorum et primus et secundus pes spondiaci (ssdds) sunt. forma dddss quater invenitur: XV 143, XXII 216, XXV 30, 99; formarum ddsds et dssds utraque ter, prior quidem in vv. XIV 33, XXV 107, 173, altera in vv. XIII 43, 44, XXIV 61. ex tribus autem carminum dub. versibus spondiacis unus (XXI 55) hanc habet formam; duo, qui restant, ad schema sddds sunt conformati. reliquarum formarum unaquaeque bis reperitur: sdsds in vv. I 75 et XVI 77; dsdss in vv. XVI 56 et XXV 154; sddss in vv. XV 48, 83; sssds in vv. I 71 et XXII 39; ssdss in vv. X 58 et XXV 98. ceterum Theocritus in hexametris spondiacis nequaquam spondeum in sede quarta evitavit, qua in re differt a Callimacho, apud quem ne unus quidem eius modi versus reperitur[2]). apud Theocritum vero hexametri ita comparati decem extant.

---

[1]) Ludwich, qui l. c. p. 11 ex hoc carmine VIII tantum, ex c. XVII. autem VII versus spondiacos adfert, omisisse videtur vv. XVI 56, 86; XVII 101; cf. libelli eius p. 47, 62, 94, ubi vocabula *Λαέρτης*, *Αἰγυπτίῃσι*, *ἀγγέλλοντας* adferenda erant.

[2]) Cf. Fr. Beneke l. c. p. 21 sq., Ludwich. l. c. p. 25. spondeum pedis quarti in versibus spondiacis evitarunt etiam Nicander, Oppianus in Halieuticis, Tryphiodorus, Colluthus.

Duos autem hexametros spondiacos inter se excipientes, quos neminem poetarum Graecorum anxie fugisse ex Ludwichii libro adparet[1]), Theocritus in edylliis bucol. nusquam admisit, semel in mim.: XV 82, 83, sexiens in ep.: XVI 3—4, 76—77; XVII 26—27, 60—61; XXIV 77—78; XXV 98—99. in hoc quidem carminum genere etiam terni *σπονδειάζοντες* continui inveniuntur: XIII 42—44: *καὶ θάλλοντα σέλινα καὶ εἰλιτενὴς ἄγρωστις.* | *ὕδατι δ' ἐν μέσσῳ Νύμφαι χορὸν ἀρτίζοντο,* | *Νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις,* XXV 29—31: *πᾶν γὰρ δὴ πεδίον τόδ' ἐπίφρονος Αὐγείαο,* | *πυροφόροι τε γύαι καὶ ἀλωαὶ δενδρήεσσαι* | *μέχρις ἐπ' ἐσχατιὰς πολυπίδακος ἀκρωρείης.*

Summa diligentia Theocritus similiter atque alii poetae versatus est in eligendis vocabulis, quibus versus spondiacos clauderet. qua in re id potissimum elaborarunt poetae, ne ampla, quam prae se ferunt versus spondiaci, gravitas aut nimis imminueretur aut prorsus deleretur caesura sub finem versus admissa. vocibus igitur monosyllabis, quae in universum sat raro in exitu hexametri leguntur, versus *σπονδειάζοντες* rarius etiam finiuntur; bisyllabis autem vocabulis poetae Graeci aetatis Alexandrinae et qui eos secuti sunt aeque ac poetae Latini in exitu versuum spondiacorum abstinuerunt.

Theocritus quidem ex vocabulis monosyllabis solam encliticam *τὲ,* quae in exitu hexametri spondiaco omnium encliticarum frequentissime a poetis adhibebatur[2]), bis in cc. ep. in fine versus spondiaci posuit: XXII 100 *ὡς ἴδον ἕλκεα λυγρὰ περὶ στόμα τε γναθμούς τε* et XXV 87 *ἐκ βοτάνης ἀνιόντα μετ' αὔλιά τε σηκούς τε.* cuius modi versus sat multi reperiuntur apud Homerum aliosque poetas (velut Hom. *Ξ* 467 *στόμα τε ῥῖνές τε,* cf. *Ψ* 395, 777; *ι* 270 *ἱκετάων τε ξείνων τε* cett.). aliae voculae monosyllabae praeter encliticam *τὲ* cum a Theocrito ratione, de qua agitur, ne in epicis quidem carminibus usurpentur, praeferenda est in v. X 34 lectio vulg. *τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον* codicum k et p scripturae *ἢ μᾶλον τύ,* quam revocavit Ahrens.

Voce bisyllaba nusquam Theocritus versum spondiacum finivit, qua in re conspirat cum ceteris eiusdem aetatis poetis. in versu enim I 65 vix dubitandum est, quin recte se habeat lectio *ἀδέα φωνά,* quae extat in codicibus notae optimae k, a, e (p habet quidem *ἅδε ἡ φωνά,* sed superscriptum est *γρ. ἀδέα φωνά*). idem etiam scholiasta videtur legisse, qui

---

[1]) Diversum poetarum Latinorum morem exposuit A. Viertel, Annal. philol. LXXXV, p. 801 sqq., qua ex disputatione adparet apud poetas Latinos duos versus spondiacos sese excipientes nusquam inveniri; solus Catullus semel (LXIV 78—80) in tribus deinceps hexametris in sede quinta posuit spondeum.

[2]) Cf. Ludwich. l. c. p. 35.

adnotavit haec: ὁ ποιμὴν Θύρσις ἐπαινεῖ ἑαυτόν. G. Hermann autem, quem secuti sunt Ahrens et Meineke in edit. III., scripturam, quae ceteris libris exhibetur, ἁδ' ἁ φωνά Theocrito vindicare studuit [1]). quam sententiam stabilire voluit conlatis vv. XI 58 ἐν χειμῶνι, XV 145 ἁ θήλεια, XXV 173 ἐκ Περσῆος, quorum omnium prorsus alia est condicio; nam unusquisque horum versuum voce finitur trisyllaba, quae cum praecedente monosyllaba efficit dispondeum. in eo autem, quod Thyrsis suum ipsius cantum laudat, haud tanta inesse videtur offensio, quantam inesse putabant homines docti; cf. quae exposuit Fritzsche edit. maior. p. 35 sq.

Vocabulis trisyllabis Theocritus in versus exitu spondiazonte quinquiens deciens usus est, sexiens vero ita, ut vox trium syllabarum cum praecedente monosyllaba arte conexa dispondeum efficiat [2]). neque ceteris locis quin vox trisyllaba in fine versus posita arte se adplicet ad vocabulum antegressum, dubitari potest; reperitur enim aut substantivum cum adiectivo suo vel alia voce simili in exitu versus positum aut verbum cum adverbio antecedente coniunctum, aut alia ratione eaque simili cohaerentia efficitur. uno autem versu excepto (XXV 98) vox ultimum hexametri vocabulum antecedens semper tribus vel pluribus constat syllabis [3]).

Longe frequentissime Theocritus pariter atque alii poetae versus spondiacos vocibus finire solebat tetrasyllabis; certe duae quidem partes (LXXIV) omnium hexametrorum, quorum pes quintus spondiacus est, hoc modo terminantur. ac dimidium fere (XXXV) vocum illarum quattuor syllabas amplectentium nominibus efficitur, altera pars (XXXVIII) verbis; semel adverbium quattuor syllabarum in fine versus spondiaci legitur.

In nomina autem tetrasyllaba in solis fere carminibus epicis versus σπονδειάζοντες habent exitum, numquam in edylliis bucol., semel in

---

[1]) 'De arte poesis Graecorum bucol.' Opuscul. VIII, p. 330.

[2]) Sunt hi loci: *a)* XI 58 τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι; *b)* XV 83 σοφόν τοι χρῆμ ὤνθρωπος, 145 σοφώτερον ἁ θήλεια; *c)* XXII 43 ἐπιβρύει ἀν λειμῶνας, XXV 25 τριπόλοις σπόρον ἐν νειοῖσιν, 173 μιμνήσκομαι, ἐκ Περσῆος.

[3]) Cf. *b)* XV 110 θυγατὴρ Ἑλένᾳ εἰκυῖα (nisi forte h. l. similiter atque in Homero ἐικυῖα legendum est, cf. La Rochii 'Homer. Unters.' p. 84 sq.), 133 κύματ' ἐπ' ᾀόνι πτύοντα; *c)* XIII 42 καὶ εἰλιτενὴς ἄγρωστις, XVI 56 περίσπλαγχνος Λαέρτης, 76 ὑπ' ἠελίῳ δύνοντι, XVII 79 χθαμαλὰ Αἴγυπτος, XXII 174 ἀποσχομένω ὑσμίνης, XXIV 110 Φιλαμμονίδας Εὔμολπος, XXV 98 σηκοὶ δὲ βοῶν ῥεῖα πλήσθησαν. quae ex vocabulis, quibus Theocritus versus spondiacos finire solet, etiam alii, in primis qui ante Theocritum fuerunt, poetae eodem modo usurparint quaeque solus Theocritus, h. l. exponere supersedere posse mihi videor, cum ex Ludwichii libro, ubi p. 46 sqq. omnia vocabula, quibus apud Graecorum poetas versus σπονδειάζοντες terminantur, per litteras digesta referuntur, facillime id possit cognosci.

mim. XV 27 *αἰνόθρυπτε.* ac nomina propria quattuor syllabarum XV locis usurpantur, qui omnes extant in his tribus generis epici carminibus: XVII., XXIV., XXV. cetera edyllia epica aeque ac bucolica nullum eius modi versus exitum praebent; in cc. mim. unus tantum versus spondiacus adverbio tetrasyllabo a nomine proprio derivato finitur: XV 48 *παρέρπων Αἰγυπτιστί* [1]). aliis nominibus (substantivis aut adiectivis) undeviginti versus in cc. ep. terminantur [2]). in universum quidem XXIII variis nominibus (in his VIII variis nominibus propriis) versus Theocriti, quos adtuli, finiuntur; ad quae accedit adverbium illud *Αἰγυπτιστί.*

In verborum autem formas tetrasyllabas in primis omnes fere carminum bucol. versus spondiaci desinunt, praeterea multi edylliorum generis mimici et epici [3]).

Vocabulis quinque syllabarum in clausulis versuum spondiacorum omnes poetae Graeci rarissime utebantur. eis autem horum vocabulorum, quae primam syllabam brevem habent, si ab antiquioribus poetis recedimus, omnes, qui melioris notae sunt, poetae prorsus abstinuerunt caesuram quarti pedis

---

[1]) Versus illi XV in nomina propria desinentes sunt hi: XVII 26 *ὁ καρτερὸς Ἡρακλείδας,* 27 *ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα,* 101 *ἀνάρσιος Αἰγυπτίῃσιν,* XXIV 2 *νεώτερον Ἰφικλῆα,* 16 *φαγεῖν βρέφος Ἡρακλῆα,* 54 *ἐπιτίτθιον Ἡρακλῆα,* 61 *ἀκρόχλοον Ἰφικλῆα,* 78 *σέβας δ' ἔσῃ Ἀργείαισι,* XXV 7 *εὔφρονος Αὐγείαο,* 10 *παρὰ ῥόον Ἀλφειοῖο,* 29 *ἐπίφρονος Αὐγείαο,* 110 *βαρύφρονος Ἡρακλῆος,* 143 *ἐνσκόπῳ Ἡρακλῆι,* 191 *φαμένου κλύοι Ἡρακλῆος,* 202 *μάλιστα δὲ Βεμβιναίους.* accedunt versus duo ex cc. dub.: XXI 55 *κειμήλιον Ἀμφιτρίτης* et XXVII 28 *χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίης.*

[2]) Cf. XIII 20 *Μιδεάτιδος ἡρωίνης,* 44 *δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις,* XVI 58 *ἔρχεται ἀνθρώποισι,* 80 *προτέροις ἴσος ἡρώεσσι,* XVII 23 *περιώσιον υἱωνοῖσιν,* 60 *ἐβώσατο λυσίζωνον,* 61 *βεβαρημένα ὠδίνεσσιν,* XXII 163 *διάκριτοι ἡρώεσσι,* 216 *καὶ ἄλλοις ἡρώεσσιν,* XXV 23 *περιμήκεες ἀγροιώταις,* 30 *καὶ ἀλωαὶ δενδρήεσσαι,* 31 *πολυπίδακος ἀκρωρείης,* 48 *γεραρώτατος αἰσυμνήτης,* 107 *ταύρους δίχα θηλειάων,* 159 *Διὸς γόνον ὑψίστοιο,* 168 *κακὸν τέρας ἀγροιώταις,* 233 *διέδρακεν ὀφθαλμοῖσι,* 279 *ταμεσίχροος ἰωχμοῖο,* XXVI 36 *μεμελημέναι ἡρωίναις.*

[3]) Cf. *a)* I 38 *ἐτώσια μοχθίζοντι,* 71 *τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,* 75 *καὶ πόρτιες ὠδύραντο,* 136 *ἀηδόσι γαρύσαιντο,* V 113 *τὰ ποθέσπερα ῥαγίζοντι,* VII 23 *κορυδαλλίδες ἠλαίνοντι,* 48 = I 38, 133 *χαμευνίσιν ἐκλίνθημες,* X 58 *κατ' εὐνὰν ὀρθρευοίσᾳ,* XI 24 *πολιὸν λύκον ἀθρήσασα; b)* II 35 *ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται,* XV 63 *ἀπῴχετο θεσπίξασα,* 82 *καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι,* 87 *ἀνάνυτα κωτίλλοισαι,* 98 *τὸν ἰάλεμον ἀρίστευσε,* 143 *καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις,* XVIII 3 *χόρον ἐστάσαντο; c)* XIII 43 *Νύμφαι χόρον ἀρτίζοντο,* XVI 3 *θεοὺς θεαὶ ἀείδοντι,* 4 *βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμεν,* 70 *Διὸς μέγα βουλεύοντος,* 77 *ἀκρὸν σφυρὸν ἐρρίγασιν,* 86 *φίλων μόρον ἀγγέλλοντας,* XVII 82 *ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται,* XXII 39 *ἠδ' ἀργύρῳ ἰνδάλλοντο,* 51 *καὶ αὐχένος ᾐωρεῖτο,* 92 *Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον,* 107 *πάλιν γένετ' ὀρθωθέντος,* 189 *πάρος τινὰ δηλήσασθαι,* XXIV 29 *ἃ καὶ θεοὶ ἐχθαίροντι,* 47 *ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας,* 77 *ἀκρέσπερον ἀείδοισαι,* XXV 35 *κεχρημένος εἰλήλουθας,* 99 *κατ' αὐλὰς ηὐλίζοντο,* 198 *ἔχοι σάφα μυθήσασθαι,* 222 *παραυτίκα πειρηθῆναι,* 263 *ὑπότροπον ἀιπνυνθῆναι* XII 2 *ἐν ἤματι γηράσκουσιν.* accedit ex epigr. dub. v. IV 11 *μινυρίσμασιν ἀνταχεῦσι.*

trochaicam evitantes. neque Theocritus tale quid sibi concessit. semel ille quidem vocabulo quinque syllabarum, cuius prima syllaba longa est, versum spondiacum terminavit idque in formula ex Homero recepta: XXV 154 *βίη θ' Ἡρακληείη*, cf. Hom. *Λ* 690.

Aptiores ad versus spondiacos finiendos omnium temporum poetis esse videbantur voces sex syllabis constantes. atque Theocritus semel in cc. mim., quater in ep. eius modi vocabula in spondiaco versus exitu adhibuit[1]).

P e d e m s e x t u m si respicis, omnes poetae epici spondeum hac in sede ponere malebant quam trochaeum; illo enim admisso totus hexametri finis multo gravior fit ac plenior. similiter hac in re Theocritus quoque versatus est; atque in primis in edyll. bucol. spondei usus in pede sexto late patet, in cc. mim. et ep. paulo recedit. in edylliis autem originis incertae pes sextus non rarius spondiacus est quam in genuinis Theocriti cc. bucol. exhibent enim in sede sexta:

a)	in cc.	buc.	vv.	554	vel	63·3%	spondeum,	vv.	322	vel 36·7% troch.,
b)	„ „	mim.	„	250	„	56·5%	„	„	193	„ 43·5% „
c)	„ „	ep.	„	599	„	56·6%	„	„	459	„ 43·4% „
d)	„ „	dub.	„	181	„	63·1%	„	„	106	„ 36·9% „

Naturam vero vocabulorum, quibus hexametri spondiaci apud Theocritum concludi solent, satis iam inlustravimus; sed cum poetae in versibus heroicis concludendis, etiam si dactylicus erat pes quintus, subtili versati sint cum diligentia, paucis quidem in universum d e c l a u s u l i s v e r s u u m Theocriteorum exponamus necesse est. atque ut in spondiacis versibus, ita etiam in ceteris hexametris finiendis magni momenti apud omnes poetas erat v o c u m in extremis versibus reponendarum a m p l i t u d o. sic iam apud Homerum usus vocabulorum, quorum varii sunt ambitus, in hexametri exitu varius est. frequentissime enim ibi versus concluduntur vocibus trisyllabis, raro monosyllabis aut eis, quae sunt quinarum vel plus syllabarum[2]). apud Theocritum qui usus possit observari, ex hac tabula elucet:

---

[1]) Cf. *b)* XIV 33 *κόλπῳ ἐπιθυμήσασα*, cf. Callim. hymn. III 237 *πολέμου ἐπιθυμήτειραι*; *c)* XVI 91 *βοτάνᾳ διαπιανθεῖσαι* (cf. Dion. Perieg. 1071 *ποταμοὶ περιπιαίνουσι*), XXIV 85 *βρέφος διαδηλήσασθαι* (cf. Hom. *ξ* 37 *κύνες διεδηλήσαντο*, Apoll. Rhod. *Β* 284, *Γ* 579); ibid. 127 *λόγον τ' ἀναμετρήσασθαι* (cf. oracul. ap. Herod. I 66 [Anthol. Pal. XIV 76] *πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι*, Callim. hymn. II 55 *πόλιας διεμετρήσαντο*), XXV 66 *ἔπος προτιμυθήσαιτο* (cf. Apoll. Rhod. *Γ* 934 *οὔτ' ἐρατὸν κούρῃ κεν ἔπος προτιμυθήσαιτο*, ibid. 1010; Hom. *λ* 143 *οὐδὲ προτιμυθήσασθαι*).

[2]) Cf. Bekkeri 'Homer. Blätt.' I p. 148.

hexametri exeunt in vocabula	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. epic.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
	%	%	%	%	%
monosyllaba .	25 vel 2·9	13 vel 2·9	29 vel 2·7	67 vel 2·8	13 vel 4·6
bisyllaba . . .	280 „ 32·0	172 „ 38·8	391 „ 37·0	843 „ 36·0	110 „ 38·3
trisyllaba . . .	441 „ 50·3	170 „ 38·4	382 „ 36·1	993 „ 41·6	126 „ 43·9
tetrasyllaba. .	97 „ 11·0	73 „ 16·5	200 „ 18·9	370 „ 15·4	37 „ 12·9
quinque syllabarum	33 „ 3·8	13 „ 2·9	50 „ 4·7	96 „ 3·8	1 „ 0·3
sexsyllabarum	—	2 „ 0·5	6 „ 0·6	8 „ 0·4	—

Iam adparet longe saepissime in Theocriti carminibus versus desinere in voces duarum vel trium syllabarum. sed non eadem singulorum hac in re est edylliorum generum ratio; in cc. enim bucol. multo superant versus, qui in fine habent voces trisyllabas, contra in edylliis mim. et ep. par fere est frequentia clausularum bisyllabarum et trisyllabarum. cum igitur in cc. bucol. inter clausulas trisyllabas et ceteras eadem fere intercedat ratio, quae apud Homerum (cf. Bekker. l. c.), in duobus, quae restant, carminum generibus Theocritus ab usu illo paulum recessit.

Ut Homerus[1]) ita etiam Theocritus verborum formas augmento praeposito trisyllabas factas (velut *ἔδωκα*) in hexametri exitu praeferre solebat formis augmento carentibus, etiamsi vocalis in fine vocabuli antecedentis posita elisione removenda erat: *a*) I 57 *αἶγά τ' ἔδωκα* (non *αἶγά τε δῶκα*), IV 28 *ἅν ποκ' ἔπαξα,* 59 *τᾶς ποκ' ἐκνίσθη,* V 11 *ἀνίκ' ἔθυσε,* 12 *καὶ τόκ' ἐτάκευ,* 81 *πρᾶν ποκ' ἔθυσα,* VI 21 *ἀνίκ' ἔβαλλε*; in v. autem VIII 93 consentiunt libri in scriptura *Ναΐδα γᾶμεν*; *b*) II 155 *ἄλλοκ' ἐφοίτη,* XV 81 *γράμματ' ἔγραψεν*; *c*) XXII 182 *τεύχε' ἔθεντο,* XXV 187 *ἀνέρ' ἔφαντο.* e carminibus originis dubiae accedunt: XIX 3 *καὶ χέρ' ἐφύση,* XXI 50 *ἠρέμ' ἔνυξα* (hanc lectionem recte videtur restituisse G. Hermann pro ea, quam exhibent libri c et 18: *ἄρ' ἐμὲ νύξας*). attamen Theocritus haud ita magno studio adfectasse videtur clausulas trisyllabas, id quod cum ex tabula proposita tum ex aliis indiciis cognosci potest, velut ex usu formarum verbi tetrasyllabarum, quae omisso augmento trisyllabae fieri poterant, in fine hexametri praecedente elisione. sic scripsit Theocritus: *a*) V 135 *κάρτ' ἐφίλασεν* (non *κάρτα φίλασεν*), VI 46 *ἀνήσσατοι δ' ἐγένοντο,* VII 145 *τοὶ δ' ἐκέχυντο* (soli codd. notae deterioris v⁶, 8, *Τ* exhibent *τοὶ δὲ κέχυντο*), *c*) XIII 66 *ὅσσ' ἐμόγησεν,* XXII 103 *ἀμηχανέοντ' ἐνόησε,* XXV 62 *πόλλ' ἐμενοίνα* (hoc enim praebent codd. c, m, 11, 18, w; *πολλὰ μενοίνα* edd. Iunt. et Call.), 68 *αἶψ' ἐνόησαν* (quod omnes codd. habent praeter libr. D,

[1]) Cf. La Rochii 'Homer. Unters' p. 80 sq.

in quo legitur *αἶψα νόησαν*); 269 *πλεύρ' ἐφύλασσον,* XXVI 10 *πάντ' ἐθεώρει,* 16 *αἳ δ' ἐδίωκον* (cod. c *αἳ δὲ δίωκον*), 28 *τῶνδ' ἐμόγησεν* (codd. enim c, D exhibent *τῶνδ' ἐμόγησε,* sed totus locus vario modo a criticis temptatus est.) similia reperiuntur in cc. dub. XXI 42 *καθεζόμενος δ' ἐδόκευον* (hoc praebent libri c, 11, 18; *δὲ δόκευον* edd. Iunt. et Call.), XXIII 52 *ἤδ' ἐκρεμάσθη,* 54 *οὐδ' ἐλυγίχθη.* bis tantum a Theocrito in huius modi formis augmentum, quod elisa vocali finali vocis praecedentis facile servari poterat, neglegitur; sed utroque loco clausulae versuum leguntur Homericae: XIII 32 *δαῖτα πένοντο* (cf. Hom. *Σ* 558), ibid. 40 *πολλὰ πεφύκει* (cf. Hom. *ε* 238 = 241 *μακρὰ πεφύκειν, Δ* 109 *ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει*). ad quos locos accedunt duo ex edyll. dub.: XX 23 *κροτάφοισι κέχυντο,* ibid. 38 *παιδὶ κάθευδε* (quamquam h. l. etiam *ι* dativi singularis elisionis impatiens in censum venit). similiter atque in clausulis, quas adtuli, augmento instructis res se habet v. XXII 161 *ἄς κ' ἐθέλητε* (omnes libri formas verbi *ἐθέλειν* praebent, quamquam non easdem: cod. 11 habet *ἐθέλητε,* lib. 18 *ἐθέληται,* m *ἐθέλοιτε*). eodem spectat usus dativi pluralis in *-έεσσι* desinentis in hexametrorum exitu: XIII 54 *παρεψύχοντ' ἐπέεσσιν,* XXII 149 *ἐπ' ἀλλοτρίοις λεχέεσσιν,* quibus in versibus facile clausulae trisyllabae adhiberi poterant scribendo *παρεψύχοντο ἔπεσσιν* (hiatus enim ante vocabulum *ἔπος* non offenderet, sed memorandum est Homerum, ubi dativum plur. huius vocabuli in versus exitu usurpavit, constanter usum esse forma *ἐπέεσσιν*)[1]) et *ἐπ' ἀλλοτρίοισι λέχεσσιν*; cf. Hom. *Γ* 391 *δινωτοῖσι λέχεσσιν.* dativi, qui desinunt in *-έεσσιν,* leguntur in hexametri fine etiam XV 93 *τοῖς Δωριέεσσι,* XXII 143 *βαρυνόμενοι σακέεσσι.*

Praeterea huc pertinent etiam clausulae XVII 118 *μυρία τῆνα* (ut omittam locos carminum bucol. et mim. velut I 1 *αἰπόλε τήνα,* V 15, 117; VII 98; XIV 41; ubi dialectus, qua conscripta sunt haec edyllia, plurimum haud dubie in eligendis his formis valuit), XXV 36 *δμώων τινὰ κείνου* (quam scripturam praebent codd. c, m, 18, w; solus liber 11 habet *ἐκείνου*). Homerus quidem semper fere in versus exitu formas vocis *ἐκεῖνος,* non vocis *κεῖνος* usurpavit[2]). apud Theocritum legitur *ἐκεῖνος* in hexametri fine: XXV 121 *νοῦσος ἐκείνου,* epigr. I 1 *κατάπυκνος ἐκεῖνα.*

V o c e s m o n o s y l l a b a e, quibus hexametri apud Theocritum finiuntur, longe saepissime sunt encliticae, quae artissime ad voces antecedentes se adplicant: *a)* I 113; III 28; V 29; VII 13, 119; VIII 15, 55, 63, 65; X 24, 36, 44; XI 9, 22, 23, 68, 70; *b)* II 114; XV 12, 15, 23, 71;

---

[1]) Cf. La Roche l. c. p. 83.

[2]) Cf. La Roche ibid.

XVIII 12, 16, 47; c) XIII 18; XVII 66, 86, 130; XXII 100, 153; XXIV 93; XXV 16, 87, 125; XII 9; d) XXI 28, 34; XXIII 21. nonnumquam voculae μέν, δέ, γάρ in hexametri exitu leguntur: a) III 32; c) XIII 25; XXII 112, epigr. XIII 5; d) XX 26; XXI 20; XXIII 58; epigr. IV 5.

Sed non solum eis locis, quos adtuli, voculae monosyllabae, quibus versus terminantur, arto vinculo syntactico cum vocabulis praegressis copulatae sunt, verum similis ratio etiam in exemplis ceteris plerumque observari potest. sic finiuntur formula καὶ τύ versus: I 2, XV 66; in cc. dub. XX 40. bis praepositio ἐξ substantivo suo postposita in hexametri fine reperitur: XXII 30 ἀμφοτέρων ἔξ, XXV 38 κακῶν ἔξ; semel vocula ὥς: XXV 201 ποταμὸς ὥς. deinde inveniuntur pronomina possessiva in sede versus ultima antecedente substantivo, quocum copulata sunt: XXV 138 σθένεϊ ᾧ, 223 σήραγγα προδείελος ἔστιχεν εἰς ἥν, in cc. dub. v. XXIII 39 ἐκ ῥεθέων σῶν. similis est usus vocabuli τρεῖς in v. XVII 84 ἐννεάδες τρεῖς. verborum formae his locis leguntur: XV 29 ὕδατος πρότερον δεῖ, XIII 67 τὰ δ' Ἰήσονος ὕστερα πάντ' ἧς, XXII 171 αἵματι δὲ χρή, in cc. dub. XXIII 32 ἀλλ' ὀλίγον ζῇ. duo versus exeunt in voculam νῦν: XI 28 οὐδέ τί πα νῦν et XXII 169 ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, unus finitur particula πρίν: XXII 89 ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρίν, unus particula οὐ: XXVI 32 εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώια, δυσσεβέων δ' οὔ. his denique locis in hexametri fine substantiva monosyllaba legimus: a) VIII 59 ὦ πάτερ ὦ Ζεῦ, [77 ἁδὺ δὲ χὰ βῶς], IX 7 ἁδὺ δὲ χὰ βοῦς, XI 51 ἀκάματον πῦρ, 74 πολὺ μᾶλλον ἔχοις νῶν; b) II 60 ἇς ἔτι καὶ νύξ, XIV 21 τίν' ἔχειν με δοκεῖς νοῦν; XV 36 ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν; c) XIII 22 οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς, 57 δεξιτερῇ χείρ, XXIV 18 κακὸν πῦρ, XXVI 4 ἀσφόδελον τὸν ὑπὲρ γᾶς; d) XXI 23 ὅτε τάματα μακρὰ φέρει Ζεύς, 33 ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς, XXIII 13 φεῦγε δ' ἀπὸ χρώς.

Frequentiam versuum, qui vocibus clauduntur monosyllabis, in variis carminum generibus si spectamus, haud multum haec inter se differre adparet. quod si singula carmina respicimus in edylliis bucol. clausulae illae in primis frequentes sunt in cc. VIII. et XI., quorum in illo VI, in hoc VIII reperiuntur; ex mimicis c. XV., in quo solo VII versus voculis monosyllabis finiuntur, hac in re cetera carmina superat[1]).

Hexametros, quorum in exitu voces quattuor syllabas complectentes leguntur, frequentissimos esse in carminibus epicis, rariores in mimicis, rarissimos in bucolicis ex indice supra proposito cognoscimus. videtur quidem ea res cum spondei in pede quinto usu, qui quam late in variis carminum generibus pateat, supra exposuimus, conexa esse.

[1]) Cf. quae exposui p. 8.

Restat, ut paucis exponamus de clausulis tetrasyllabis eorum versuum, qui pedem quintum habent dactylicum. atque in huius modi hexametris Theocritus eam secutus est legem, ut vocabulis quattuor syllabarum in versus exitu positis longe saepissime voces praemitteret monosyllabas aut plus duas syllabas amplectentes.

Monosyllabae quidem voculae in primis in edylliis bucol. saepe antecedere solent, vocabula plus duarum syllabarum in epicis; cuius rei causa e caesurae bucolicae usu haud dubie repetenda est. ac leguntur ante clausulas versuum tetrasyllabas voces monosyllabae vel bissyllabae elisione decurtatae in cc. bucol. locis LV, in cc. mim. XXXV, in ep. LVII, in edyll. dub. orig. XXI[1]). vocabula autem plus duarum syllabarum ante clausulas tetrasyllabas inveniuntur in cc. buc. locis XXII, in mim. XVIII, in ep. LXXV, in cc. dub. orig. VII[2]).

Voces bisyllabae, si praecedunt clausulas versuum tetrasyllabas, tribus locis exceptis semper spondei exhibent mensuram, id quod evitandae caesura quarti pedis trochaicae causa fieri satis patet. ac reperiuntur exempla huc pertinentia in cc. bucol. IX, in mim. XI, in ep. X, in cc. dub. V[3]).

---

1) Cf. *a)* I 117 *χαῖρ' Ἀρέθοισα*, 138 *τὸν δ' Ἀφροδίτα*, III 18, 24, 29, 35, 38, 41; IV 46, 62; V 3, 6, 73, 76, 88, 92, 110, 111, 130, 132, 135; VI 6, 23, 25, 26; VII 3, 38, 52, 55, 61, 63, 109, 131, 139, 145; VIII 16, 20, 26, 28, 81, 88; X 3, 6, 8, 15, 17, 18, 31, 33, 52; XI 2, 8, 46, 55, 59; *b)* II 7, 18, 26, 30, 59, 70, 71, 72, 74, 90, 102, 103, 126, 133, 136, 138; XIV 13, 20, 48, 56, 57, 58, 63; XV 51, 77, 109, 113, 136, 137; XVIII 1, 5, 17, 34, 41, 44; *c)* XIII 1, 4, 15, 61, 66, 68; XVI 45, 48, 55, 71, 90, 104; XVII 21, 29, 42, 45, 47, 124, 136; XXII 2, 27, 38, 52, 58, 59, 85, 91, 139, 157, 161; XXIV 1, 4, 87, 89, 97, 100; XXV 3, 9, 27, 62, 68, 79, 117, 170, 229, 232, 269; XXVI 6, 10, 16, 28; XII 19, 24, 28, 29, 35; epigr. XII 1; *d)* XIX 4; XX 3, 29, 31, 42; XXI 9, 36; XXIII 7, 8, 16, 36, 47, 52, 54, 59; XXVII 32, 57, 63; epigr. IV 15, VI 1, XVI 1.

2) Cf. *a)* I 31 *ἀγαλλομένα κροκόεντι*, 98 *ἀργαλέω ἐλυγίχθης*, IV 25, 57; V 18, 115; VI 42, 46; VII 9, 75, 137; VIII 24, 67, 70, 91; X 7, 39, 40, 50; XI 19, 45, 48; *b)* II 12, 46; XIV 68; XV 18, 22, 43, 53, 84, 85, 90, 95, 100, 102, 107, 115, 147; XVIII 25, 46; *c)* XIII 17, 37, 54, 72, 73; XVI 7, 29, 66, 83, 102, 103, 108; XVII 5, 12, 25, 34, 46, 53, 55, 56, 57, 88, 92, 95, 102, 107, 109, 110, 115; XXII 18, 34, 41, 53, 76, 77, 93, 99, 103, 111, 116, 120, 122, 141, 143, 140, 150, 173, 192, 217; XXIV 44, 121, 132, 133; XXV 5, 20, 21, 72, 90, 141, 175, 188, 208, 209, 267, 268, 273, 277, 278; XXVI 9, 17, 27, 29, 33, 37; XII 7; *d)* XXI 5, 42, 56; XXVII 26, 45, 66; epigr. IV 7.

3) Quorum exemplorum pars dimidia ita est comparata, ut bisyllabae illae, de quibus agitur, voces substantiva sint aut articulos suos aut praepositiones excipientia: *a)* I 95 *ἁ Κύπρις γελάοισα*, VII 135 *κατὰ κρατὸς δονέοντο*, X 28, 41; XI 52; *b)* XV 16, 37, 123, 140; XVIII 11; *c)* XXIV 113, XXV 157, 194, 235; *d)* XXI 7, 11, 60; XXVII 61. reliqua exempla sunt haec: *a)* I 60 *μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν*, IX 12; XI 71, 78; *b)* II 16; XV 47, 101, 114; XVIII 24, 42; *c)* XIII 39, 41; XXV 91; XII 3; *d)* XXIII 62.

Ter tantum vocabuli bisyllabi clausulam tetrasyllabam antecedentis prior syllaba brevis est: X 27 *ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον,* XXIV 102 *βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς,* XXVI 38 *μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο.* sed de his locis infra, ubi de caesura quarti pedis trochaica exponendum erit, verba faciemus.

Vocibus quinque syllabarum Theocritus solos fere eos versus, qui in sede quinta dactylum exhibent, finivit; nam unus tantum hexameter spondiacus (XXV 154 *βίη θ' Ἡρακληείη*) clausulam praebet quinque syllabis constantem[1]).

Maior vero pars (LI) vocabulorum quinque syllabas complectentium, quibus hexametri apud Theocritum terminantur, verborum formis efficitur[2]), pars minor (XLV) substantivis vel adiectivis. ac leguntur quidem locis XIII nomina propria, locis XXXII alia substantiva vel adiectiva[3]).

Vocabulis, quae sex syllabas complectuntur, apud Theocritum VIII versus terminantur, quorum pars maior: XIV 33; XVI 91; XXIV 85, 127; XXV 66 in sede quinta habet spondeum. atque horum quinque versuum clausulae formis verborum efficiuntur; ceterum conferas quaeso de eis, quae exposui p. 34 sq. ex hexametris tribus reliquis exhibent duo in exitu adiectiva: XV 17 *τρισκαιδεκάπηχυς,* XVII 20 *κενταυροφόνοιο,* unus participium: XII 13 *ὠμυκλαϊάσδων.*

Paucis quidem, priusquam ad caesurarum usum exponendum transgrediar, tangere mihi liceat rationem, qua Theocritus in pentametris struendis dactylos

---

1) Cf. p. 34.

2) Cf. *a)* I 42 *ἐλλοπιεύειν,* III 30 *ἐξεμαράνθη,* 36 *ἐνδιαθρύπτῃ,* IV 37 *ἐξεγέλασσεν,* V 44 *βουκολιαξῇ,* 60 *βουκολιάσδεν,* 89 *ποππυλιάσδει,* 148 *καλλιερῆσαι,* VI 40 *ἐξεδίδαξε,* VII 25 *νισσομένοιο,* 30 *ἰσοφαρίζειν,* 51 *ἐξεπόνασα,* 77 *ἐσχατόωντα,* 85 *ἐξεπόνασας,* 92 *βουκολέοντα,* VIII 1 *βουκολέοντι,* 78 *αἰθριοκοιτεῖν,* IX 5 *βουκολιάζεν,* XI 27 *ἁγεμόνευον,* 72 *ἐκπεπότασαι*; *b)* II 19 = XI 72, 24 *καππυρίσασα,* 85 *ἐξεσάλαξε,* XVIII 7 *ἐγκροτέοισαι,* 43 *αὐξομένοιο,* 55 *μηπιλάθησθε*; *c)* XIII 48 *ἐξεσόβησεν,* 69 *ἐξεκάθαιρον,* XVI 38 *ἐνδιάασκον,* 40 *ἐξεκένωσαν,* 100 *ἐμβασίλευσεν,* XVII 14 *ἐγκατάθοιτο,* 35 *γειναμένοισι,* 85 *ἐμβασιλεύει,* 94 *ἀμφαγέρονται,* 131 *ἐξετελέσθη,* XXII 8 *ἐξανιόντα,* 44 *ἐνδιάασκε,* 106 *ἐξετανύσθη,* 206 *ἐκτελέσαντα,* 207 *ἐξανέχουσαν,* XXIV 52 *δαιομένοισι,* 105 = VI 40, XXV 47 *ἡγεμονεύσας‘* 53 *ἐκτετέλεσται,* 60 *ἡγεμονεύσω,* 126 *ἐστιχόωντο,* 129 *βουκολέοντο,* 133 *γαυριόωντο,* 156 *ἐξανύσαντε,* 214 *ἐσκοπίαζον.*

3) Nomina propria extant in vv.: *a)* III 45 *Ἀλφεσιβοίης,* 50 *Ἰασίωνα,* VII 69 *Ἀγεάνακτος*; *b)* XIV 5 *Πυθαγορικτάς,* XV 93 *Δωριέεσσι,* 141 *Δευκαλίωνες*; *c)* XVI 84 *Λυσιμελείας,* XVII 87 *Αἰθιοπήων,* XXIV 56 *Ἀμφιτρύωνα,* 104 *Ἀμφιτρύωνος,* XXV 54 *Ἠελίοιο,* 174 *Αἰγιαλήων,* XII 22 *Οὐρανίωνες.* alia substantiva et adiectiva reperiuntur his locis: *a)* I 52 *ἀκριδοθήραν,* III 31 *κοσκινόμαντις,* VII 18 *ἀγριελαίω,* 46 *εὐρυμέδοντος,* 134 *οἰναρέαισι,* 138 *αἰθαλίωνες,* VIII 18 *ἐννεάφωνον,* 21 = 18, X 12 *ἐνδεκαταῖος,* XI 14 *φυκιοέσσας*; *b)* XIV 12 *ἱπποδιώκτας,* 54 *ἁλικιώτας,* 67 *ἀσπιδιώταν,* XV 34 *ἐμπερόναμα*; *c)* XVI 79 *ἰτεΐνοισιν,* XVII 19 *αἰολομίτρας,* 22 *οὐρανίδαισι,* 83 *μυριάδεσσι,* 93 *ἀσπιδιῶται,* XXII 84 *ἠελίοιο,* 136 *χαλκεοθώρηξ,* 152 *ἀμφοτέροισιν,* XXIV 39 *ἠριγενείας,* XXV 4 *εἰνοδίοιο,* 89 *ὑδατόεντα,* 131 *εἰλιπόδεσσιν,* 135 *ἀγροτεράων,* 165 *ἀγχιάλοιο,* 248 *εὐκεάτοιο,* 257 *ἀγριέλαιον,* 261 *ἐγκεφάλοιο,* XII 37 *ἀργυραμοιβοί.*

et spondeos adhibuit. his vero in versibus condendis poetae omnino multo minus libere versari poterant quam in versu heroico. in hoc enim cum in unaquaque sede dactylus spondeo commutari posset, de pentametris iam inde ab antiquissimis temporibus ea obtinuit lex, ne in alteram versus partem admitteretur spondeus. variari igitur versuum pentametrorum numeri nisi in duobus prioribus pedibus non poterant. atque inde causa quoque repetenda est, cur poetae elegiaci tanto magis in pentametro struendo quam in hexametro inter se consentiant. Theocritus vero, apud quem, si epigrammata excipias, in solo c. bucol. VIII., (cf. vv. 33—60) disticha leguntur, saepissime eam pentametri formam adhibuit, quae etiam apud Callimachum[1]) atque apud poetas elegiacos temporum superiorum[2]) frequentissima est, formam dico, quae in sede prima exhibet dactylum, in pede altero spondeum[3]). eius modi versus in c. VIII. extant VII, in epigr. genuinis IX, quibus addendi sunt XVIII pentametri ex epigrammatis dubiis. proximum locum tenent pentametri in priore parte binos spondeos exhibentes, qui sunt septem numero, quorum quinque in distichis carminis VIII. inveniuntur (vv. 38, 44, 48, 52, 58), duo in epigrammatis (I 2, 6); accedunt duo ex epigrammatis dubiae originis (VI 4 et XVI 6). binis dactylis prior pentametri pars efficitur bis in c. VIII. (in vv. 36 et 56); idem fit octiens in epigr. dub. (IV 4, 6, 8, 16; V 6; VI 6; IX [VIII] 2, XI 6). rarissima est ea pentametri species, cuius pes primus est spondiacus, alter dactylicus; quales versus in edyllio VIII. prorsus non reperiuntur, in epigr. extant duo (VIII [VII] 2 et X 2); epigr. dub. eius modi versus sex exhibent (III 2, IV 12, 18; V 4; VII [XIV] 4, XV 4).

In exitu versus pentametri[4]) reperiuntur saepissime voces bisyllabae: in c. VIII. locis V, in epigr. gen. ll. IV, in epigr. dub. ll. XII. proxime accedunt exitus in vocabula trisyllaba, quibus concluduntur in c. VIII. pentametri V, in epigr. gen. unus, in epigr. dub. IX. quattuor syllabarum vocibus finiuntur in c. VIII. pentametri duo, in epigr. gen. quattuor, in epigr. dub. sex. nonnumquam etiam in vocabula quinque syllabarum versus, quos tractamus, exeunt: c. VIII 38, 60; epigr. VIII (VII) 2; epigr. dub. II 4; III 4, 6; V 2; VI 2, IX (VIII) 4. duobus locis voces sex syllabarum in fine leguntur: epigr. I 2 *Ἑλικωνιάσι*, X 4 *ἐπιλανθάνεται*. vocula denique monosyllaba reperitur epigr. XIII 4 *λώιον εἰς ἔτος ἦν* et epigr. dub. XI 4 *δαιμονίως φίλος ἦν*.

1) Cf Benek. l. c. p. 8.

2) Cf. Hultgreni 'Observatt. metr. in poet. eleg.' Lips. 1871; Sitzleri 'Studien zum Elegik. Theognis', Tauberbischofsh. 1885, p. 15 sq.

3) Eadem forma etiam apud optimos Romanorum poetas frequentissima est; cf. Luc. Muelleri 'De re metr.' p. 145; Christii 'Metrik der Griechen und Römer²' p. 208.

4) De ratione, quam in finiendis pentametris secuti sunt poetae elegiaci, cf. Hultgren. l. c. p. 12.

CAPUT ALTERUM.

De caesuris.

Versus heroicus, cum longior sit, quam qui unius ordinis metrici finibus possit contineri, caesuris in partes dividatur necesse est. atque poetis, cum caesuras vel plus quam dactylorum et spondeorum distributionem ad totam hexametri naturam immutandam valere viderent, praecipue id agendum erat, ut divisione illa facta sonorae singulae uniuscuiusque versus partes evaderent. de sedibus autem incisionum in primis tenendum esse censeo ibi tantum eas posse statui, ubi vocabulum aliquod finiatur[1]. sed ut natura caesurarum, de quibus verba facturus sum, recte possit cognosci, rationes, quibus ductus sim in illis statuendis, ut etiam accuratius exponam, opus esse existimo. nequaquam enim ubique post vocabuli finem caesuram quoque puto esse statuendam, immo haud raro voces binae vel plures ita coniunctae sunt, ut nulla inter eas incisio sentiatur.

Ac primum quidem voculae encliticae tam arte cum praegressis vocabulis cohaerent, ut caesura ante illas statui nequeat, id quod cum aliis rebus tum eo comprobatur, quod caesuram quarti pedis trochaicam, quae ab omnibus diligentissime vitata est poetis, saepissime encliticae secuntur; cuius rei exempla ex Theocrito petita infra sat multa adferam. in uno tantum versu legem illam migravit Theocritus, dico XIV 48 *ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι οὔτ' ἀριθμητοί.* quo in versu non est neglegendum encliticam *τινός* propter antecedens *παροξύτονον* proprio sono esse praeditam. hoc modo etiam vocula *ποτέ* a praecedente vocabulo eadem caesura seiungitur apud Moschum III 16 *οἷαν ὑμετέροις ποτὲ χείλεσσι γῆρυν ἄειδεν.* paulo saepius similia admiserunt Nonnus aliique temporum inferiorum poetae[2]. in versu autem

---

[1]) Aliam, sed haud probabilem sententiam protulit Lehrs 'de Arist. stud. Hom. edit. II (Lips. 1865)', p. 409, ubi etiam eius modi versus, qualis est *Διογένες Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,* in tertio pede caesuram habere dicit eamque sola voce significandam esse.

[2]) Locos, qui hac in re in censum veniunt, congessit Giseke 'Homer. Forsch.' p. 58.

illo Theocriteo etiam id fortasse respiciendum est, pronomini *τὶς* ibi maiorem quandam vim tribui, ut idem fere valeat, quod nostrum 'auch nur irgend einer'. encliticarum vice, ubi de caesuris agitur, etiam *γάρ, μέν, δέ* particulae funguntur[1]).

Similiter atque in encliticis res se habet in voculis, quae vulgo procliticae adpellantur. nam ut illae cum praecedentibus, sic hae voculae cum insequentibus vocabulis artissime sunt coniunctae. apud Theocritum quidem in uno tantum versu (XXVI 28) ante ipsam tertii pedis caesuram particula *εἰ* legitur; est autem versus, qui una cum praegresso criticorum ingenia iam satis excercuit. sed si in lectione Zieglero probata verba *μηδ' εἰ* genuina sunt, habet hic versus excusationem anaphorae, quo quasi vinculo coniungitur cum antecedente: *μηδ' ἄλλος ἀπεχθέμεναι Διονύσῳ | φροντίζοι, μηδ' εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησεν.* facilius sane scriptura *μηδ' εἰ* excusatur quam id, quod recepit Fritzsche: *φροντίζοιμ' εἰ καὶ χαλεπώτερα τῶνδε μογῆσαι*[2]).

Idem fere, quod de procliticis, etiam de vocibus nonnullis valet proprio sono instructis, velut de particula *μή* (cuius eandem esse condicionem, quam voculae *οὐ* perspicuum est), de coniunctionibus *καί, ἐπεί, ὅτι, ὅκκα* cett., quae cum solae stare nequeant, semper cum sequentibus arte cohaerent; eodem modo usurpantur pronomina relativa. neque inter praepositiones et substantiva, quibuscum copulatae sunt, apud Theocritum statuere licet caesuras, quamquam minus arta est coniunctio, si praepositione adiectivum a substantivo suo separatur. in Homeri quidem carminibus, ubi leguntur eius modi versus, qualis est *Α* 53 *ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ* || *στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο* vel *Υ* 35 *Ἑρμείας, ὃς ἐπὶ* || *φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκασται,* etiam inter praepositiones et substantiva cum eis copulata caesuras statuendas esse consentaneum est[3]). apud Theocritum autem frustra eius modi versum quaesiveris. qua de causa neque bucolicam caesuram apud hunc poetam in simili verborum conexu statuendam esse censeo, velut v. I 91 *τάκεαι ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις,* ubi post quinti pedis trochaeum potius vocis intermissio sentitur[4]).

Deinde articulum quoque tam arto vinculo cum substantivo suo coniunctum esse, ut in universum nequeat ab eo caesura separari, negari non potest[5]). in versibus autem III 1 *Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, ταὶ*

---

[1]) Cf. infra p. 51 sq., 62.

[2]) Cf. quae exposui de particula *καί* p. 26.

[3]) Cf. Hoffmann. l. c. p. 8 sq. A. Rossbachii et R. Westphalii 'Metrik der griech. Dramat. u. Lyr.[2]' II p. 335, adn.

[4]) Cf. praeter hunc versum: *a)* I 54; IV 29; VII 47, 64, 149; XI 43; *b)* II 23 XV 130; *c)* XIII 16; XXV 2, 148, 218.

[5]) Cf. Rossbach. et Westphal. l. c.

δέ μοι αἶγες et X 29 ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται nil impedit, quominus in priore caesuram primariam bucolicam esse statuamus [1]), in altero semiseptenariam. in utroque praecedit incisio semiternaria [2]). similiter atque in hexametris adlatis res se habet in cc. dub. v. XXI 47 τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος ἀγκύλον εἶχον. quae cum ita sint, ne bucolicam quidem incisionem statuere licere arbitror in hexametris, qui ita sunt comparati, ut v. X 29, quem adtuli, vel ibid. 30 ἁ αἶξ τὰν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει cett. sed non eadem est condicio versuum II 8 βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν et 97, in quibus articulus a substantivo suo alio vocabulo interposito separatur. hi enim versus quin post tertii pedis arsim primariam habeant incisionem, dubium esse nequit. quae res iam inde elucet, quod neque bucolica neque post quartam arsim adest caesura. ceterum his versibus etiam ex nomine proprio aliquid fortasse peti potest excusationis.

Multo laxior est coniunctio, quae inter adiectiva vel numeralia vel pronomina (αὐτός, ἐκεῖνος) et substantiva iuxta posita, ad quae referenda sunt illa, intercedit. huius modi enim cohaerentia neque semiquinaria caesura neque ea, quae est κατὰ τρίτον τροχαῖον, impediri videntur, velut I, 18 καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα || χολὰ περὶ ῥινὶ κάθηται vel V 106 χἀμῖν ἐστι κύων || φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχει [3]). itaque bucolica quoque incisio statuenda esse videtur in eius modi versibus, qualis est I 3 συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ [4]).

Denique etiam elisione vocabula iuxta se posita artius copulari constat. non tamen tam arta est haec coniunctio, ut omnes ea impediantur caesurae, quae res eo quoque comprobatur, quod persaepe vocales finales ante ipsam interpunctionem aut leniorem aut graviorem eliduntur; id quod fit in tertii pedis caesura in his versibus: *a)* V 118 τοῦτο μὲν οὐ μέμναμ'· ὄκα

---

[1]) Cf. p. 45 sq.

[2]) Alios versus tres, qui in Theocriti carminibus caesura pedis tertii carent, paulo infra adferam.

[3]) Cf. etiam: *a)* I 13, 58, 59, 129; III 20, 32; IV 59, 63; V 43, 53, 101 = I 13, 104, 112; VII 10, 23, 32, 53, 55, 59, 79, 124, 132, 138, 155; VIII 9, 41, 49, 55, 59; IX 9, 30; X 20, 22, 54; *b)* II 165; XV 117; XVIII 27, 28, 31, 42; *c)* XIII 19, 72; XVI 38, 58; XXII 2, 25, 37, 92; XXV 126, 149, 257; XXVI 10, 35; XII 35; epigr. I 3; *d)* XX 41; XXI 19, 30; XXVII 4, 70; epigr. III 1 cett.

[4]) Eiusdem generis sunt vv.: *a)* I 61, 123, 139; III 13, 33, 49; V 59; VI 11, 14, 43; VII 8, 83, 108, 109, 116, 121, 148; VIII 2, 65; IX 15; X 5; XI 22, 23, 41, 70; *b)* II 61, 94, 137; XIV 12, 40, 65, 67; XV 34 (in huius versus parte altera ne potest quidem alia caesura statui: Πραξινόα μάλα τοι τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα), 81; *c)* XIII 10, 26, 29, 40; XVI 57; XVII 77, 98, 104; XXII 29, 42, 63, 115, 148, 180, 222; XXIV 2, 15, 64, 65, 114, 138; XXV 89, 248 (de quo versu idem valet, quod de XV 34); XII 34; *d)* XIX 6; XX 4, 7, 20; XXI 23; XXVII 29, 30, 37, 39.

μάν ποκα τεῖδέ τυ δήσας, ibid. 133, VI 43; VIII 10, 13, 23, 68; X 36; *b)* XIV 64; XV 130; XVIII 21; *c)* XXV 38, 106. praeterea elisio cum incisione pedis tertii convenit in vv.: *a)* I 92; IV 36, 51; V 9, 15, 62; X 33; XI 36; *b)* II 69 (qui versus repetitur: 75, 81, 87, 93, 99, 105, 111, 117, 123, 129, 135), 137; XV 133; *c)* XVII 128; XXII 19, 91, 195; XXIV 54; XXV 67, 89, 128, 205. similiter vocalis finalis post pedem quartum, in sede caesurae bucolicae eliditur: *a)* X 18; *b)* XIV 27; XV 82, 143; XVIII 34; *c)* XIII 1, 49; XVI 96; XVII 87; XXII 107; XXIV 1, 56, 57, 89; XXV 135, 245; epigr. XII 1; *d)* XX 31; XXI 41.

Alia quaestio est sane difficillima neque adhuc satis explanata de sede caesurae primariae. qua de re ab hominibus doctis sententiae prorsus diversae prolatae sunt. ac Lehrs quidem semper caesuram primariam in tertio pede statuendam eamque, si nullum hac in versus sede finiatur vocabulum, sola voce in pronuntiando significandam esse censet; contra alii, in quibus sunt Hoffmann[1]) et Christ[2]), caesurae semiseptenariae, ubi interpungitur in ea, maiorem vim tribuunt quam incisioni pedis tertii, velut Hom. *Α* 174 *λίσσομαι εἵνεκ' ἐμεῖο μένειν· παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι.* Christio vero praeterea hexametri apud Homerum eius generis, cuius est v. *Α* 309 *ἐς δ' ἐρέτας ἔκρινεν ἐείκοσιν, ἐς δ' ἑκατόμβην* vel *Ψ* 549 *ἔστι τοι ἐν κλισίῃ χρυσὸς πολύς, ἔστι δὲ χαλκός* ita in partes binas videntur esse dividendi, ut priore pedes quattuor priores, altera duo reliqui contineantur; quas inter partes eandem intercedere ait rationem, quam inter arsim et thesim in eius generis pedibus, quod *διπλάσιον* vocant homines rei metricae periti[3]). idem semiternariae quoque caesurae, si interpunctione adiuvatur (cf. Hom. *ε* 356 *ὤ μοι ἐγώ, μή τίς μοι ὑφαίνῃσι δόλον αὖτε),* similem vim tribuit, atque adeo incisionibus post pedem primum, velut in v. B 23 *εὕδεις, Ἀτρέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο.* alios denique hexametros, ut v. Z 181 *πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,* non in duo hemistichia, sed in partes tres etiam caesuris metricis divisos vult. hac vero in re Christ, quamquam poetarum erat operam dare, ut enuntiatorum fines in unum convenirent cum caesuris metricis, tamen iusto plus tribuere videtur interpunctionibus. certe in Homero sat multa suadent, ut praeferatur in eius modi versibus caesura pedis tertii[4]). paulo aliter res se habet in carminibus Theocriti. huius quidem aetate poesis Graecorum epica ad communem populi sensum olim accommodata iam ad homines doctos transmigraverat. atque materiam homines litterati plerumque

---

1) Quaestt. Hom. I p. 28.
2) Metrik d. Griech. u. Röm. p. 170 sq.
3) Cf. ibid. p. 179.
4) Cf. Hartelii 'Hom. Stud.' I 94.

talem tractare solebant, unde, quanta eruditione atque doctrina essent ornati, eluceret. Theocritus autem aut alius poesis bucolicae inventor ad imitandum pastorum Siculorum cantum animum intendit. nam edyllia Theocriti bucolica eiusque sectatorum ad similitudinem cantilenarum popularium, quas tum Siculi pastores in agris modulari solebant, conformata esse consentaneum est. ratio autem, qua usus est Theocritus in cantu agresti imitando, cum nullum ex carminibus illis pastoralibus ad nostram aetatem pervenerit [1]) neque, quali fuerint metro, notum sit, accuratius quidem definiri nequit. sed communis generi poesis bucolico est versus heroicus. atque uti veri simillimum est versum pastorum agrestium similitudinem habuisse cum numeris hexametri, ita patet poetis bucolicis versum, quo utebantur, ad numeros illos agrestes, quoad potuit fieri, accommodandum fuisse. et inde caesurae quoque illius post pedem quartum frequentia, qua differunt bucolica Theocriti edyllia et a carminibus aliorum, qui versu heroico usi sunt, poetarum et a ceteris ipsius Theocriti edylliis, explicanda est. videntur quidem hexametri, quorum pedes quintus et sextus incisione a praecedentibus separantur, propius ad numeros carminum pastorum Siculorum accessisse. qua de causa, quin in Theocriti carminibus bucolicis, si de caesurae primariae sede quaeritur, incisioni bucolicae maior vis sit tribuenda quam apud Homerum, vix potest dubitari. eodem spectat, quod sollemnis apud Theocritum, in primis in cc. bucol. est anaphora eius generis, ut semel aut priore loco aut posteriore vocabulum repetitum caesuram excipiat bucolicam; altera sedes vocabuli iterati saepissime in eiusdem versus initio est, velut I 64 *ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς,* qui est versus intercalaris; cf. etiam: I 15, 66, 67, 127 (vers. intercal.); V 3, 14, 26, 82, 104; VII 24, 37, 84, 105; VIII 3, 4, 41, 49, 76, 79; IX 7, 8 (in utroque versu idem vocabulum repetitur), 19 cett. nonnumquam vox iterata aut in praecedentis versus initio aut in insequentis alteram sedem suam habet. illud quidem anaphorae genus in ipso carminis primi exordio extat: *Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τήνα, | ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται, ἁδὺ δὲ καὶ τύ,* cf. I 80 sq., V 118 sq. cett.; alterius generis anaphora invenitur in vv.: I 100 sq. . . . . *Κύπρι βαρεῖα, Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής,* cf. I 105 sq., 116 sq.; III 7 sq., IV 45 sq., V 45 sq., 51 sq.; VII 71 sq.; IX 33 sq. cett.

Praeterea in diiudicanda quaestione, utrum incisioni bucolicae an pedis tertii caesurae maior vis sit tribuenda, et orationis continuitas et inter-

---

[1]) Versibus Priapeis, quos scholiasta, qui de origine poesis bucolicae scripsit, adfert (dico scholion in libro Ambros. 222, cf. Ziegleri edit. p. 2), haud ita multum auctoritatis tribuendum esse videtur; cf. R. Steigii 'De Theocriti edyllior. composit'. Berol. 1882 p. 2.

punctiones in unoquoque versu magni sunt momenti. ac tum potissimum caesura bucolica praeferenda esse videtur, ubi interpunctione adiuvatur simul vocabulis in pede tertio sive elisione sive alio vinculo arte coniunctis, velut I 92 *τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βουκόλος, ἀλλὰ τὸν αὑτῶ* aut in versu iam supra adlato III 1 *Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, ταὶ δέ μοι αἶγες,* simill.

Ceterum cavendum est, ne iusto plus incisioni bucolicae tribuamus auctoritatem caesurae pedis tertii detrectantes. reputes enim quaeso in ipsis bucolici generis carminibus sat multos versus (CCXXVIII inter DCCCLXXVI vel XXVI in centenis) incisione bucolica prorsus carere. contra Theocritus in omnibus carminibus tres tantum hexametros ita conformavit, ut longiore vocabulo in medio versu conlocato tertii pedis caesura impediatur. quorum versuum unus extat in edyll. bucol. VIII 61 *ταῦτα μὲν ὦν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν,* duo in epicis: XIII 41 *κυάνεόν τε χελιδόνιον χλωρόν τ' ἀδίαντον* et XXII 72 *ὀρνίθων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί*[1]).

De versibus autem III 1, X 29, XXI 47, in quibus articulo cum substantivo suo arte copulato, quominus caesuram pedis tertii esse statuamus, impedimur, iam p. 42 sq. exposuimus.

Quattuor quidem ex hexametris adlatis (VIII 61, X 29, XIII 41, XXII 72) ita comparati sunt, ut caesura semiseptenaria primariae vice in eis fungatur. praeter hos autem versus etiam apud Theocritum ubique solae pedis tertii incisiones aut caesura bucolica pro primariis habendae esse videntur. ac ne in eis quidem versibus, quibus caesurae primariae locum bucolica tenet incisio, pedis tertii caesuras prorsus neglegendas esse ex eis, quae exposui, satis adparet.

His praemissis ad singulas caesuras tractandas transire licet. ac primum quidem de caesuris pedis tertii agere in animo est. etenim inveniuntur incisiones in tertia versus heroici sede duae; altera eaque fortior arsim huius pedis excipit, altera mollior partem thesis priorem. atque illa quidem quin pulcherrima sit hexametri dactylici caesura, vix dubitari potest; dividitur enim versus ea admissa in partes duas, quarum prior dactylicum, altera anapaesticum numerum exhibet metrumque aequat paroemiacum, quod et ipsum simplicem prae se fert venustatem. caesura autem pedis tertii trochaica totum versum molliorem quodam modo efficit atque ad augendam numerorum celeritatem aliquid adfert. apud Homerum quidem

---

[1]) Apud Homerum huius modi versus paulo frequentiores sunt; congesti reperiuntur in Bekkeri 'Homer. Blätt.' I p. 143 accuratiusque in Lehrsii 'De Arist. stud. Hom.' p. 394 sqq. poetae autem aetatis Alexandrinae omnes illos vitarunt; certe Callimachus nullum admisit, Apollonius duos: *Α* 176 et *Β* 389, item Dionysius Perieg. duos: 630 et 753, Nicander unum: Ther. 894.

par fere est utriusque caesurae frequentia[1]); ac iucundae varietatis, quam in carminibus illis admiramur, aliquantum haud dubie etiam hac ex re videtur esse repetendum. in carminibus autem posteriorum poetarum, qui magis studebant versuum volubilitati, incisio tertii pedis trochaica magis magisque usu obtinuit et Nonno ita placuit, ut quinque partes omnium, quos conscripsit, versuum hac caesura distinxerit, unam tantum semiquinaria.

Iam videamus, quam rationem secutus sit Theocritus. qua in re aptissimum equidem esse puto tabulam proponere, unde et frequentia caesurarum et quem ad modum differant inter se usu incisionum pedis tertii varia genera carminum Theocriteorum cognosci possit. in edyll. vero generis bucolici haud alienum erit eos versus, quibus cantica pastoralia continentur, a ceteris separare[2]). extant igitur:

carminum genera:	caess. semiquin.	caess. tertii ped. troch.
in canticis . } carminum	232 vel 53·1 in cent. vv.	204 vel 46·7 in cent. vv.
in cett. vv. . } buc.	203 „ 46·4 „ „ „	234 „ 53·2 „ „ „
in univers. in cc. buc. . . .	435 „ 49·7 „ „ „	438 „ 49·9 „ „ „
in cc. mim.	212 „ 47·8 „ „ „	231 „ 52·2 „ „ „
in cc. epicis	300 „ 28·3 „ „ „	756 „ 71·5 „ „ „
in omnib. Theocr. cc. gen. .	947 „ 41·9 „ „ „	1425 „ 57·9 „ „ „
in cc. dub.	117 „ 40·9 „ „ „	167 „ 58·8 „ „ „

Versus nullam in pede tertio caesuram exhibentes supra adtuli. ex tabellis autem propositis primo obtutu unusquisque cognoscere potest Theocritum, si pedis tertii caesuras spectas, nequaquam eadem ratione in variis carminum generibus usum esse; ac maxime inter se differunt edyllia bucolica et epica. in illis enim in universum utriusque incisionis pedis tertii eadem est frequentia; canticorum autem pastoralium versus caesuram semiquinariam vel aliquanto saepius ostendunt quam trochaicam; in ceteris versibus haec paulo est frequentior[3]). singula autem carmina bucolica si respicimus, in primis in duobus semiquinariae incisionis frequentia maior est quam trochaicae, dico carmina I. et VIII., quorum illud LXXXV versus caesura semiquinaria, LXVII trochaica pedis tertii habet incisos, hoc in vv. LI semiquinariam exhibet, in XXVII trochaicam. contra maxime superat incisio

[1]) Cf. Hartel. I 83, 94; Bekker. l. c. I 144.

[2]) Cf. p. 10 sq.

[3]) Apud Homerum quoque caesura trochaica paulo saepius reperitur quam semiquinaria; in centenis enim versibus 52·93 illam exhibent; cf. Hartel. I 83.

trochaica in cc. IV. (ubi vv. XXVI caesura semiquinaria sunt instructi, XXXVII trochaica) et VII. (ubi vv. LXVI semiquinaria inciduntur, XC trochaica). multo aliter atque in edylliis bucolicis res se habet in carminibus epicis; in his enim plus quam duae partes omnium versuum caesura inciduntur trochaica. ut igitur dactylorum et spondeorum usu in epico carminum genere Theocritum proxime ad aliorum aequalium morem accedere vidimus [1]), ita frequentia quoque caesurae tertii pedis trochaicae idem declaratur. eadem enim ratio, quae in edylliis Theocriti epicis, apud Callimachum quoque inter versus semiquinaria incisione distinctos et eos, qui post tertium trochaeum inciduntur, intercedit. nam ex DCCCCXLII versibus hymnorum I., II., III., IV., VI. dividuntur CCLXVI caesura semiquinaria, DCLXXVI trochaica [2]).

Caesurae vero semiquinariae Theocritus ceterorum poetarum Alexandrinorum more [3]) in primis in cc. bucol. et ep. constanter addidit aut bucolicam aut semiseptenariam incisionem, illam quidem multo saepius. Excipit enim caesuram semiquinariam

a)	in cc.	buc.	374	locis	incisio	buc.,	52	ll. semisepten.[4]).
b)	„ „	mim.	142	„	„	„	50	„ „
c)	„ „	epicis	198	„	„	„	89	„ „
d)	„ „	dub.	96	„	„	„	16	„ „

unde patet hexametros semiquinaria caesura instructos neque post quartam arsim neque post pedem quartum incisos in cc. bucol. non plus IX esse, in mim. XX, in ep. XIII, in dub. VI. ac plerique ex his hexametris aut post quinti pedis arsim aut post eiusdem pedis trochaeum inciduntur. illa quidem incisio in his invenitur versibus: *a)* VII 21 *τὸ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις,* 54; VIII 75, 90; X 39; XI 48, 52; *b)* XV 7, 14, 18, 36, 37, 39, 43, 54, 66, 106; XVIII 53; *c)* XXII 56; XXV 259; *d)* XXI 56, 60; XXVII 5, 61. post quinti pedis trochaeum ex versibus, de quibus agitur, hi inciduntur: *b)* II 8 *Τιμαγήτοιο παλαίστραν,* cf. 97; XIV 8; XV 92, 128, 129; *c)* XIII 7, 64; XXII 82; XXV 26, 63, 189, 217; XXVI 1; XII 20, 21; *d)* epigr. III 3, IV 13. post quintum demum pedem reperimus incisionem in versibus qattuor: *a)* XI 47 *τό μοι ἁ πολυδένδρεος Αἴτνα;*

---

1) Cf. p. 15, 29 sq.

2) Cf. Prahl. p. 7.

3) Cf. quae exposuit Guil. Meyer in act. acad. Monac. 1884, p. 992 sqq.

4) Versus eius generis, cuius est XIII 7 *τοῦ χαρίεντος Ὕλα, τοῦ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος* vel XXII 56 *θάρσει. μήτ' ἀδίκους μήτ' ἐξ ἀδίκων φάθι λεύσσειν* propter artam articuli vel praepositionis cum substantivo suo cohaerentiam in eorum numerum, qui caesura semiseptenaria carent, rettuli.

b) XV 21, 126; *c)* XXII 179. duo denique ex versibus illis iam post trochaeum pedis quarti inciduntur: VIII 10 *οὐδ' εἴ τι πάθοις, τύγ' ἀείδων*, XVIII 15 *Μενέλαε τεὰ νυὸς ἅδε*.

Saepe in Theocriti carminibus similiter atque apud alios poetas caesurae pedis tertii adiuvantur interpunctionibus. postulat enim verborum contextus, ut versus recitantes intervallis ea seiungamus, quae minus arte cohaereant, uno autem tenore pronuntiemus, quae inter se artius copulata sint. atque hoc modo caesurae, quas rhetoricas iure adpellare possis, oriuntur. sed quia carminis virtus eo maior est, quo magis oratio ipsa cum numeris versuum conspirat, omnes melioris notae poetae elaborabant, ut singulas sententias intra terminos numeris constitutos concluderent. cavendum enim erat, ne temporis intervallis, quae in confinia enuntiatorum cadunt, in alias versus sedes atque eas, quas caesurae tenebant, admissis numeri nimis turbarentur. egregie hanc rem exposuit Hartel I p. 97 sq.: 'Es bleibt immer noch die Frage: warum sind gerade die Caesuren Hauptanziehungspunkte der Interpunction? Und darauf gibt es nur eine befriedigende Antwort: weil diese eine Pause bedingt und die häufigere Unterbrechung dem ruhigen Flusse des griechischen Hexameters nichts weniger als angemessen schien. Hoffmann formulirt den Satz so I 27: accedente interpunctione consentaneum est multo vehementiores fieri caesuras, quam quae efficiuntur solo vocum fine. Nur werden wir die Vehemenz darin erblicken, dass eine mit dem Satzende zusammentreffende Hauptcaesur eine merklicher in das Ohr fallende Unterbrechung erzeugt als das Zeitintervall der Caesur an sich ist.' atque apud Theocritum quoque interpunctiones longe plurimae aut cum tertii pedis caesuris aut cum bucolica conveniunt.

Primum igitur videamus interpunctionum frequentiam in caesura semiquinaria[1]: *a)* ex vv. CCCCXXXV carminum bucol. incisione semiquinaria praeditis CXXIX vel 29·7 % interpunctionem in ea exhibent (LXXXIX leniorem, XL graviorem); *b)* ex vv. CCXII carminum mimic. LXXI vel 33·4 % interpunctionem habent (XLIV leniorem, XXVII graviorem); *c)* ex vv. CCC carminum epic. LXI vel 20·3 % praebent interpunctionem (XLVIII leniorem, XIII graviorem); *d)* ex vv. CXVII carminum dub. XXXVII vel 31·6 % interpunctione sunt praediti (XXIV leniore, XIII graviore).

In caesura trochaica pedis tertii interpungitur: *a)* inter vv. CCCCXXXVIII carminum bucol. hac caesura instructos in vv. CXXIV vel 28·3 % (in vv. LXXXI lenius, in XLIII gravius); *b)* inter vv. CCXXXI carminum mim. in vv. LXXXII vel 35·5 % (in XLIII lenius, in XXXIX gravius); *c)* inter vv. DCCLVI carminum epic. in vv. CLI vel 20 % (in CVIII lenius, in

[1]) Respiciendum est singulos editores variis in interpungendo uti rationibus; equidem etiam hac in re editionem secutus sum Zieglerianam III.

XLIII gravius); *d)* inter vv. CLXIX carm. dub. in vv. LXV vel 38·5% (in XXXVIII lenius, in XXVII gravius).

Simul ex his numeris adparet in edylliis generis bucolici atque in primis mimici multo saepius interpungi quam in edylliis epicis. quae res explicanda esse videtur ex ipso dicendi genere, quod in variis carminum generibus varium est. in epicis quidem edylliis cum Theocritus eadem fere dictione, qua Callimachus aliique eiusdem aetatis poetae docti, usus sit, carminum bucolicorum et mimicorum oratio ad populi sermonem magis accommodata maiore simplicitate insignis brevioribusque membris contexta est[1]).

Caesurarum autem vis, ut accedente interpunctione augetur, ita infringitur alia incisione iuxta praecedente[2]). qua de causa eodem fere modo, quo in versus exitu, etiam in fine prioris hemistichii poetae vocabula monosyllaba praeter encliticas, quae ad praegressa arte se adplicant, vitare solebant. ante trochaicam quidem tertii pedis caesuram Theocritus voculam monosyllabam suo sono praeditam his tantum locis posuit: *a)* IX 24 *αὐτοφυῆ, τὰν οὐδ' ἄν*; *c)* XXV 236 *ἀσχαλόων, ὅ μοι ὁ πρίν* (est scriptura a G. Hermanno proposita; libri m. scr. aut *ὅς μοι πρίν* [Vat. 915] aut *ὥς μοι πρίν* [codd. 11, 18, w, c] exhibent); deinde deciens nominativus pronominis personae alterius (*τύ, σύ*) legitur cum voce praecedente semper arte conexus: *a)* III 11, IV 27, V 24, 25, 40, X 19; *b)* XIV 10, 34; *c)* XXII 117, XII 8. accedunt voculae *μέν, δέ, γάρ,* quae, cum encliticarum prae se ferant naturam, sat saepe ante ipsam, de qua agitur, caesuram leguntur; quos locos infra adferam. vocem igitur monosyllabam ante trochaicam caesuram pedis tertii conlocatam apud Theocritum semper tam arte cum antecedente copulatam esse, ut nulla inter eas sentiatur incisio, satis patet.

Ac similiter res se habet, ubi ante semiquinariam caesuram Theocritus voci monosyllabae sedem adsignavit. in maiore certe parte versuum, qui huc pertinent, vocem monosyllabam in arsi tertia conlocatam vocabula antecedunt, quae semper cum sequentibus artiore vinculo copulantur, velut praepositiones: *a)* I 37 *ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον, οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος,* V 57 *δέρματα τῶν παρὰ τίν,* XI 52 *καιόμενος δ' ὑπὸ τεῦς,* 55 *ὡς κατέδυν ποτὶ τίν*; *b)* II 8 *βασεῦμαι ποτὶ τάν,* 97 *τήρησον ποτὶ τάν*; *d)* XXI 60 *ἀλλὰ μένειν ἐπὶ γᾶς* (vv. III 1, X 29; c. dub. XXI. v. 47 hoc loco in censum omnino non venire ex eis, quae p. 42 sq. exposui, adparet); aut praecedit vocula *καί*: *a)* X 23 *ἐργαξῇ· καὶ μάν*; *b)* II 155 *ἦ γάρ μοι καὶ τρίς,* aut articulus: XI 79 *δῆλον ὅτ' ἐν τᾷ γᾷ,* aut coniunctio *αἴκα*: V 21 *ἀλλ' ὧν αἴκα λῇς,* aut vocabula, quorum vocalis finalis elisa est: XIII 10 *οὐδέποκ' ἦς,* XXVI

1) Similiter res se habet in Horatii satiris.

2) Cf. Christ. p. 183 sq.

28 *μηδ' εἰ.* deinde etiam interpunctione ad caesuram accedente eorum, quae praegrediuntur, cohaerentiam artiorem fieri constat; atque hoc cadit in vv.: *a)* XI 56 *αἰ μὴ τὸ στόμα λῇς, ἔφερον* . . .; *c)* XXV 106 *ἄλλος ἀμόλγιον εἶχ', ἄλλος* . . .; *d)* XX 37 *'Ενδυμίων δὲ τίς ἦν;* quod si versus nunc quidem silentio transimus, quorum in arsi tertia aut encliticae leguntur aut voculae monosyllabae ita comparatae, ut encliticarum instar ad ea, quae praecedunt, se adplicent, restant versus hi: *a)* VIII 91 *ὤτερος, οὕτω καί*; *c)* XXV 81 *ᾔδει δ', ᾧ τε χρή*; *d)* epigr. III 3 *ἀγρεύει δέ τυ Πάν.* sed de primo versu iam p. 26 exposui, alter repetitione vocum *ᾧ τε* insignis est: *ᾔδει δ', ᾧ τε χρὴ χαλεπαινέμεν ᾧ τε καὶ οὐκί,* in versu autem tertio de arta vocabuli *Πάν* cum praecedentibus cohaerentia non est dubitandum.

Voces igitur monosyllabas proprio sono instructas cum sat parce in exitu prioris hemistichii usurpatas esse videamus, latissime in eadem versus sede encliticarum, quae unius sunt syllabae patet usus. atque in primis caesura trochaica insequente prior hexametri pars terminari solet vocula enclitica[1]. particulae quoque *μέν, δέ, γάρ* saepissime eodem loco positae leguntur, quae res argumentum praebet haud contemnendum has voculas, ubi de incisionibus versuum agatur, idem valere quod encliticas[2]. hexametri vero, in quibus voculae *δέ* et *γάρ* ante caesuram trochaicam pedis tertii extant, duobus exceptis omnes in priore hemistichio interpunctionem habent et eam plerumque in caesura semiternaria; soli vv. VI 39 et XIII 55 aliter sunt comparati, quorum hic initium capit a vocabulo septem syllabarum: *'Αμφιτρυωνιάδας δέ* . . .

---

[1]) Sic praecedit caesuram illam particula *τέ* his in versibus: *a)* IV 10, 57; V 18, 50, 128; VII 1, 8, 68, 126, 131, 136; XI 73; *b)* II 77, 147; XV 100, 142; *c)* XIII 75, XVI 51, 56, 66, 67; XVII 77, 87, 89, 121; XXII 1, 16, 41, 109, 175, 202, 216; XXV 69, 83, 110, 127, 150, 154, 185, 222, 224, 281; *d)* XXI 11, 12; XVII 41. Vocula *γέ* legitur in vv.: *a)* IV 14; *c)* XVII 106; XXII 17, 60, 74; vocula *κέ(ν)*: *b)* XIV 23; *c)* XIII 63; XVII 95; XXIV 138; XXV 198; *πέρ*: *c)* XXII 131; XXV 112; *ποθ'* (*ποκ'*): *a)* V 9, 62. deinde pronominum personalium formae eodem loco positae reperiuntur, velut *μεῦ, μοί, μέ*: *a)* III 19, 21, 37; VI 40; VIII 24; X 14; XI 67, 77; *c)* XXII 135; *d)* XX 3, 20, 30; XXIII 39, 40; XXVII 52; *τεῦ, τοί, τύ* (accusat.), *σέ*: *a)* V 41, 116, 148; VIII 83; X 10; XI 5, 28; *b)* II 101; XV 40; *d)* XXVII 16, epigr. IX (VIII) 1; *οἱ, σφί(ν)*: *a)* III 36; *c)* XVII 26; XXV 12; pronom. indefin. *τὶς*: *b)* XIV 5, 43, 60; XVIII 16, 35; *c)* XIII 62, XVII 112; XXII 118; XXV 82, 164, 167, 199, 218, 276; XII 19; epigr. X 3; *d)* XXI 4.

[2]) *μέν* particulam in ea sede, de qua sermo est, hi exhibent vv.: *a)* V 76; VII 50, 111; IX 17; XI 31; *b)* II 78; XV 5; *c)* XVII 13; XXII 165; XII 22; particulam *δέ* vv.: *a)* III 50; V 49, 54, 91, 131; VI 39; VII 41; VIII 32, 45; IX 6; XI 81; *b)* XIV 9; XV 72, 114; XVIII 51, 55; *c)* XIII 28, 33, 55, 60; XVI 26, 46, 81, 101; XVII 8, 52; XXII 13, 20, 40, 186, 223; XXIV 25, 27, 49, 53, 58, 96; XXV 98, 99, 131, 205, 226, 231, 234, 242, 245, 251, 271; XII 11, 18; *d)* XXI 43; epigr. IV 9; particula *γάρ* legitur in vv.: *a)* V 67, 142; VII 35, 56; *c)* XIII 71; XVI 69; *d)* XXI 62.

Haud raro ante semiquinariam quoque caesuram encliticae monosyllabae positae sunt, quamquam rarius quam ante incisionem trochaicam. sed respiciendum hac in re est ante caesuram penthemimerem eas solas conlocari potuisse encliticas, quae syllabas exhibebant vel natura longas vel positione productas, in maiore autem parte encliticarum unius syllabae vocales reperiri breves[1]).

In hexametris caesura trochaica pedis tertii instructis interdum id quoque offensioni esse potest, si vocabulum aliquod ante trochaeum pedis tertii finitur; sed hoc de eis versibus solis valet, qui habent pedem alterum spondiacum. de hexametris autem huius modi conferas quaeso, quae exposuimus p. 24 sqq.

Iam ad caesuram accedamus, quae est post pedem quartum cuique iam veteres grammatici nomen indiderunt bucolicae. sed eam caesuram non solum poetae carminum pastoralium, verum inde ab Homero omnes, qui sermone Graeco panxerunt hexametros, saepe admiserunt. est enim haec incisio propter ipsam versus heroici naturam maximi momenti. numerus enim dactylicus versus hexametri proprius, qui caesuris vel post arses admissis vel trochaicis aliis numeris commutatur, sub finem versus, ne genuina hexametri natura nimis obscuretur, restituatur necesse est[2]). atque hoc caesura, quam bucolicam dicunt, efficitur. itaque iam in Homeri carminibus huius incisionis sat magna est frequentia; 60·12 quidem versus in centenis ea sunt praediti[3]). item interpunctio post pedem quartum iam apud Homerum frequens est; in libris quidem *Α, Γ, Δ, Κ, α, β, ζ* octogiens octiens gravius et ducentiens undecentiens lenius loco illo interpungitur[4]). neque minor est caesurae bucolicae frequentia apud poetas aetatis inferioris. apud Callimachum quidem inter DCCCCXLII versus hymnorum I., II., III., IV., VI. DLVII ea sunt instructi[5]). Theocritus vero qua re perductus sit, ut in edylliis pastoralibus etiam maiorem vim adderet caesurae, qua versus post quartum pedem inciditur, ex eis, quae p. 44 sq. exposui, elucet. hoc quidem loco in primis de frequentia huius caesurae in variis carminum Theocriteorum generibus agitur. ac rationes, quas secuturus sum in statuendis incisionibus

---

[1]) Plurimae quidem ex encliticis in arsi tertia incisione insequente positis formae pronominum sunt (*μεῦ, μοί, τεῦ, τοί, οἷ, νίν, τὶς*): *a)* I 48; III 28; V 22; VI 29; VII 30, 71, 76, 128; VIII 82; XI 51; *b)* II 85, 95; XIV 65; XV 34, 35, 39; *c)* XVII 17; XXII 204; *d)* XX 19, XXIII 44. deinde usurpatur eodem modo particula confirmativa *τοί*: IV 15; V 31, 86; VI 15; *θήν*: V 111; *πώ*: VII 39. accedunt particulae *μὲν, δέ, γάρ*: *a)* IV 43; V 58; *b)* II 11, 38; XVIII 52; *c)* XVI 65; XXII 211. ac similiter particula *δή* ter usurpatur: III 40; VII 21; XI 6.

[2]) Cf. p. 29.

[3]) Cf. Hartel. I p. 84; Imm. Bekker. l. c. I p. 144.

[4]) Cf. Hartel. I p. 95.

[5]) Cf. Prahl. l. c. p. 11.

bucolicis, iam supra exposui; id tantum addere liceat, in eius modi versibus, qui aut in caesura semiseptenaria aut in trochaica pedis quinti (*κατὰ πέμπτον τροχαῖον*) interpunctionem habent, meo quidem iudicio caesuram bucolicam, etsi finiatur vocabulum aliquod pede quarto, ita non sentiri, ut prorsus non statuenda esse videatur, velut v. XI 30 *γινώσκω χαρίεσσα κόρα, τίνος ὥνεκα φεύγεις* aut V 30 *ὥριφος ἰσοπαλής, τυῖδ' ὁ τράγος οὗτος. ἔρισδε*[1]).

Instructi autem sunt caesura bucolica: *a)* in edylliis bucolici generis DCXLVIII versus vel 74 %, atque in canticis pastoralibus hexametri CCCXXII vel 73·7 %, in parte reliqua CCCXXVI vel 74·3 %; *b)* in cc. mim. vv. CCLXI vel 58·9 %; *c)* in cc. ep. vv. DXXIII vel 49·5 %; *d)* in cc. dub. vv. CXCI vel 66·5 %. cum igitur iam in caesuris pedis tertii sat magnum discrimen inter singula carminum Theocriteorum genera intercedere videamus, magis etiam caesurae bucolicae usu illa inter se differunt. atque in cc. bucol. tres fere partes omnium versuum post quartum pedem inciduntur; in cc. autem mim. huius caesurae usus iam imminutus est, in primis in c. XV., ubi inter CXLIX vv. non plus LV eam exhibent; in edylliis denique epicis vix dimidium versuum caesura bucolica inciditur. unde satis patet Theocritum in huius generis carminibus nequaquam saepius caesuram illam admisisse quam alios poetas epicos.

Caesuras autem si spectamus, quibus in tertio pede distinguuntur versus incisione bucolica praediti, multo saepius pro rata parte caesuram semiquinariam sequitur bucolica quam trochaicam pedis tertii[2]). carent enim caesura bucolica: *a)* in vv. CCCCXXXV carminum bucolicorum semiquinaria instructis non plus LXI, in versibus autem CCCCXXXVIII caesura tertii pedis trochaica praeditis CLXVI; *b)* in carminum mim. vv. CCXII, qui post arsim pedis tertii inciduntur, LXX (quorum XLIII carminis sunt XV.); in vv. CCXXXI, qui inciduntur post trochaeum pedis tertii, CXII; *c)* ex vv. CCC cc. epic. caesuram semiquinar. exhibentibus CII; ex vv. DCCLVI incisione pedis tertii trochaica instructis CCCCXXXI; *d)* ex vv. CXVIII carminum originis dubiae caesura semiquin. praeditis vv. XXII; ex vv. CLXIX post tertii pedis trochaeum incisis LXXIV. quo frequentior igitur est caesura pedis tertii trochaica, eo artioribus finibus continetur usus incisionis bucolicae. atque hoc aptissime congruit cum discrimine illo, quod inter caesurarum usum in edylliis bucol. et ep. in universum intercedere vidimus.

Interpunctionibus caesura bucolica apud Theocritum saepissime adiuvatur in edylliis bucol. et mim., aliquanto rarius in epicis. frequenter

---

[1]) Accedunt vv.: *a)* X 25; *b)* XIV 54; XV 4, 60; XVIII 4, 38; *c)* XVII 10, 66, 118; XXII 199; XXIV 129; XXV 211, 237; *d)* XXVII 7, 38.

[2]) Cf. p. 27 sq.

quidem apud Homerum quoque aliosque poetas in fine pedis quarti interpungitur; sed Theocritus in duobus illis carminum generibus etiam saepius a pede quinto novam incipere solet sententiam[1]). exhibent enim interpunctionem in caesura bucolica: *a)* in edylliis bucol. ex vv. DCXLVIII hac caesura praeditis vv. CC vel 31 % (leniorem CXVII, graviorem LXXXIII); *b)* in edyll. mim. ex vv. CCLXI vv. LXXV vel 28·7 % (leniorem LI, graviorem XXIV); *c)* in edyll. ep. ex vv. DXXIII vv. LXVIII vel 13 % (leniorem L, graviorem XVIII); *d)* in cc. dub. ex vv. CXCI vv. LXXII vel 37·7 % (leniorem XLII, graviorem XXX).

Inter versus autem canticorum pastoralium et ceteros hexametros in cc. bucol. maioris momenti discrimen hac in re non observatur, nisi quod in versibus, quibus vel conlocuntur inter se pastores vel narratur aliquid, etiam paulo saepius caesura bucolica interpunctione adiuvatur quam in ipsis canticorum versibus. interpungitur enim in caesura bucolica: *α)* inter vv. CCCXXII canticorum pastoralium hac caesura instructos in vv. XCI vel 28·2 % (lenius in LVI, gravius in XXXV); *β)* in vv. cc. bucol. ceteris inter hexametros CCCXXVI caesura bucolica praeditos in vv. CIX vel 33·4 % (lenius in LXI, gravius in XLVIII).

Quibus ex numeris satis adparet canticorum pastoralium hexametros et ceteros versus in edylliis bucol., sive solam frequentiam caesurae bucolicae sive interpunctionum in hac positarum numerum spectamus, apud Theocritum quidem haud ita multum inter se differre. nequaquam autem in pastorum cantilenis frequentior est illa caesura quam in ceteris versibus carminum generis bucol. quae cum ita sint, impetrare a me nequeo, ut Westphalio[2]) adsentiar, qui, cum de hexametris cycliis exponit, ut ostendat aliam esse naturam versuum, qui insunt in canticis, aliam ceterorum hexametrorum in edylliis bucol., hunc in modum argumentatur: 'Kyklisch sind ferner die Hexameter der Bukoliker an den zahlreichen Stellen, in denen Gesänge enthalten sind. Darauf weist nämlich die gerade in diesen Singpartien vorherrschende Cäsur nach dem vierten Fusse. . . . . . . Besonders bezeichnend ist es dabei, dass diese Cäsur in den erzählenden Stellen der Bukoliker nicht häufiger ist, als in der epischen Poesie.' certe in Theocriti cc. bucol. inter duo illa, de quibus agitur, versuum genera eius modi discrimen non conspicitur; neque dactylorum spondeorumque usu ea inter se differunt[3]).

De interpunctionibus in caesura bucolica positis cum exponam, mentio mihi facienda esse videtur eorum versuum, qui et in tertii pedis caesura habent

---

[1]) De causa huius rei cf. quaeso, quae exposui p. 45 et 50.

[2]) Cf. l. c. II 347 sq.

[3]) Cf. p. 10 sq.

interpunctionem et in bucolica, cuius modi hexametri cum in cc. bucol. et mim. sat frequentes sint, in omnibus cc. ep. non plus tres reperiuntur. versus autem ita comparatos, ut spatium inter incisiones pedis tertii et bucolicam integra expleatur sententia atque gravius interpungatur et in sede versus tertia et post pedem quartum, velut I 62 *κοὔτί τυ κερτομέω. πόταγ' ὠγαθέ· τὰν γὰρ ἀοιδάν,* in cc. ep. prorsus non inveni; in ceteris autem edylliis praeter eum, quem adtuli, etiam horum versuum eadem est condicio: *a)* III 15, 24, V 3, 149; *b)* II 1, XIV 22, XV 73; *d)* XX 37; XXI 63, XXVII 51. multo saepius in altera caesura gravius in altera lenius[1]) aut in utraque lenius[2]) interpungitur.

Difficilis est quaestio de spondei usu ante caesuram bucolicam apud Theocritum. constat enim omnes poetas inde ab Homero in quarta sede versuum caesura bucol. instructorum longe anteposuisse dactylum spondeo. Homerum quidem, ut conlocare posset in sede illa dactylum, saepe formas et substantivorum et verborum insolentes, velut *σ* 192 *προσώπατα, H* 212 *προσώπασι* cett. usurpasse Bekker demonstravit[3]). apud Theocritum autem in cc. ep., in quibus incisionis bucol. usus recedit, spondeum pedis quarti multo frequentiorem esse quam in bucol. supra vidimus[4]). in causam vero, cur poetae quartum versus pedem insequente incisione bucol. dactylicum esse maluerint, si inquiras, ab ipsa huius caesurae natura ac vi proficiscendum esse arbitror. ac videntur poetae post quartum pedem hexametri incidendo non solum elaborasse, ut ei proprium eius numerum dactylicum sub finem redderent, sed etiam ut totius versus rhythmus accelararetur[5]). qua cum re id quoque cohaerere adparet, quod Theocritum in versibus caesura pedis tertii trochaica instructis, qua et ipsa numeri accelerantur, multo saepius pro rata parte caesuram bucol. neglegere quam in hexametris, qui post tertiam arsim inciduntur, supra vidimus. admissa autem caesura post pedem quartum spondiacum tantum abest, ut accelerentur numeri, ut etiam magis retardentur. accedit quod spondeo ante caesuram bucol. posito membrum hexametri hac incisione terminatum eun-

---

1) *a)* I 81 *πάντες ἀνηρώτευν, τί πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ Πρίηπος,* ibid. 82, 106, 117, 149, 151; III 18, 52; IV 1; V 35, 41, 45; VII 27, 91; XI 29; *b)* II 124, 151; XIV 31, 36, 70; XV 1, 12, 13, 51, 52, 67, 70, 76, 137; *c)* XVII 74; XXII 54; *d)* XX 10; XXIII 21, 47, 58; XXVII 65; epigr. VI 5.

2) *a)* I 80; V 11, 38; VI 37; VII 13; VIII 19, 22, 33, 37; XI 2; *b)* XIV 7, 44, 45, 61; XV 10, 20, 50; *c)* XXIV 8; *d)* XX 29; XXIII 4; epigr. II 3; IV 17; VI 1, 3.

3) Cf. l. c. I p. 144 sq.

4) Cf. p. 6 sq., 9, 21.

5) Cf. Kaibelii 'Observatt. crit. in antholog. Graec.' in commentt. philol. in hon. Mommseni conscriptis, p. 327.

dem habet exitum, quem membrum insequens, quo totus versus finitur. quae res male aures adficit.

Neque tamen poetae spondeum pedis quarti insequente incisione plane evitarunt. iam videamus, qui versus apud Theocritum hac in re in censum veniant. extat quidem spondeus ante caesuram bucol. his locis[1]): *a)* I 6 *καλὸν κρῆς, ἔστε κ' ἀμέλξῃς* (Ziegler quidem ex Heinsii coniectura *κρέας* recepit, sed libri manu scr. *κρῆς* exhibent), 130 *ἐς Ἀιδαν ἕλκομαι ἤδη* (codd. k, e, p, s [m. pr.] exhibent *ἄϊδαν*, cod. s [manu sec.] *ἄϊδος*, quae haud dubie est coniectura), V 132 *ὅτι με πρᾶν οὐκ ἐφίλασε*, VIII 13 *ὅτις ἁμῖν ἄρκιος εἴη*, 32 *Μενάλκας ἄρξατο πρᾶτος*, IX 1 *τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος*, 19 *χόρια ζεῖ, ἐν πυρὶ δ' αὖαι*, X 18 *χροΐξεῖθ' ἁ καλαμαία* (sic Ziegler scripsit ex Hemsterhusii coniectura, cod. k habet *χροιζεῖται*, p *χροΐζεται*, m *χροΐξεται*, libri a et e *χροιξῆται*), 38 *ἐλελήθει Βοῦκος ἀοιδάς*, 58 *κατ' εὐνὰν ὀρθρευοίσᾳ*, XI 1 *πεφύκει φάρμακον ἄλλο*, 41 *καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων*, 42 *καὶ ἐξεῖς οὐδὲν ἔλασσον*, 54 *ἁ μάτηρ βράγχι' ἔχοντα*, 79 *κἠγώ τις φαίνομαι ἦμεν*; *b)* XIV 23 *ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψας*, XV 38 *ἀπέβα τοι. τοῦτο κάλ' εἶπες*, 42 *τὸν μικκὸν παῖσδε λάβοισα*, 48 *παρέρπων Αἰγυπτιστί*, 62 *πείρᾳ θην πάντα τελεῖται*, 64 *καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥρην*, 67 *πότεχ' αὐτᾷ, μήτι πλαναθῇς*, 74 *φίλ' ἀνδρῶν ἐν καλῷ εἴης*, 76 *ἄγ' ὦθει, καὶ τὺ βιάζευ* (coniect. Ziegleri, lect. vulg. *ἄγ' ὦ δειλὰ τὺ βιάζευ*), 83 *σοφόν τοι χρῆμ' ὤνθρωπος*, 94 *ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη*, 131 *τὸν αὐτᾶς χαιρέτω ἄνδρα*, 143 *καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις* (cod. k *νέον*), XVIII 12 *καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τυ*, 52 *Κρονίδας Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον*, 55 *πρὸς ἀῶ μὴπιλάθησθε*, 56 *ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδός*, 57 *ἀνασχὼν εὔτριχα δειράν*; *c)* XIII 59 *ἀραιὰ δ' ἵκετο φωνά*, XVI 67 *καὶ ἵππων πρόσθεν ἐλοίμαν*, XVII 36 *Διώνας πότνια κούρα*, 45 *θεάων πότν' Ἀφροδίτα*, 85 *ὀγήνωρ ἐμβασιλεύει*, 87 *κελαινῶν τ' Αἰθιοπήων*, 90 *ἐπεί οἱ νᾶες ἄρισται*, 133 *ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρῃ*, XXII 11 *ᾗ ὅππᾳ θυμὸς ἑκάστου*, 88 *τοῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον*, 109 *καὶ ἰξὺν χεῖρας ἐνώμα*, 113 *ὁ δ' αἰεὶ πάσσονα γυῖα*, 161 *ὀπυίειν ἅς κ' ἐθέλητε*, 182 *ἀπ' ὤμων τεύχε' ἔθεντο*, 194 *ἀκριβὴς ὄμμασι Λυγκεύς*, 216 *καὶ ἄλλοις ἡρώεσσιν*, XXIV 106 *μελεδωνεὺς ἄγρυπνος ἥρως*, 109 *καὶ ἄμφω χεῖρας ἔπλασσε*, 116 *τὸν οὐδ' ἂν τηλόθι λεύσσων*, 122 *θοῶν ἐξ ἦρατ' ἀγώνων* (Ahrens *ἐξήρατ' ἀγ.*), XXV 9 *ἐπ' ὄχθαις ἀμφ' Ἐλισοῦντος*, 99 *κατ' αὐλὰς ηὐλίζοντο*, 119 *περὶ πάντων ἔμμεναι ἀνδρῶν*, 158 *ἐν ὕλῃ χλωρὰ θεούσῃ*, 254 *ἀπ' ὤμων δίπλακα λώπην*, XII 24 *ἀραιᾶς οὐκ ἀναφύσω*;

---

[1]) Qua in re id monitum volo, me h. l. eius modi versus, in quibus, etsi finiatur pede quarto vocabulum, tamen non sentiatur caesura bucol., velut IV 52 *τάτρακτυλλίδες ἐντί. κακῶς ἁ πόρτις ὄλοιτο* vel XV 30 *ἁ δὲ σμᾶμα φέρει. δὸς ὅμως. μὴ πουλὺ ἄπληστε*, al. (cuius modi de hexametris iam supra verba feci) omissurum esse eosque solos adlaturum, in quibus incisio post pedem quartum re vera sentitur.

d) XXI 64 *ἴσα δ' ἦν ψεύδεσιν ὄψις,* XXVII 59 *τῆς σῆς τοι μείζονα δώσω,* 63 *καὶ αὐτὰν βοῦν Ἀφροδίτᾳ.*

Videmus versus ante caesuram bucol. spondeum exhibentes satis frequentes esse in edylliis mim. et ep., atque singula carmina si perlustramus, frequentissimos esse adparet in edyll. XV., in quo solo XII reperiuntur. aliter res se habet in cc. bucol., quorum nonnulla eius modi versus, quales tractamus, omnino non exhibent, nonnulla habent paucissimos; paulo plures (V) exhibet c. XI. neque defuerunt qui spondeum ante incisionem bucol. conlocatum ab edylliis mere bucol. (seiunctis cc. X. et XI.) prorsus alienum locosque, quibus haec norma migrata esset, emendandos esse censerent[1]). sed quamquam negari nequit Theocritum summo opere in his carminibus spondeum insequente caesura bucolica vitasse, tamen num ab omni parte probanda sit ea sententia, valde dubitandum est. neque satis patet, num omnino inter edyllia mere bucol. et c. X., quod in hoc messores pastorum loco carmina modulantes fingantur, eius modi discrimen statuendum sit.

Alia ratio in eis, quae corrupta sunt, indagandis respicienda esse videtur. ac iam supra vidimus caesura bucol. rhythmum accelerari, non retardari. qua de causa eo magis spondeus ante caesuram bucol. admissus displicet, quo magis retardantur numeri vel quo maius temporis intervallum inter spondeum illum et ea, quae secuntur, intercedit. et profecto inter omnes versus huc pertinentes quattuor modo (*a)* I 6; IX 19; *b)* XV 38, 67) post quarti pedis spondeum interpunctionem habent, quae res, si frequentiam interpunctionum in caesura bucol. respicimus, non est neglegenda. extant autem duo ex versibus illis in c. XV., quod et spondeos ante incisionem bucolicam plurimos habet et in universum hexametris, quorum numeri graviores sunt, similiter atque cc. VIII. et XI. abundat[2]). qua de causa duo quoque versus illi, de quibus sermo est, tolerandi esse videntur. at coniecturis numerum hexametrorum, qui ante caesuram bucolicam interpunctione adiutam spondeum habent, augere ne in c. XV. quidem probabile est. quam ob rem non adsentior Zieglero, qui v. 76 pro scriptura vulg. *ἄγ' ὦ δειλὰ τὺ βιάζευ* reposuit *ἄγ' ὤθει, καὶ τὺ βιάζευ.* versus autem, qui restant, I 6 et IX 19, cum insint in edylliis mere bucol., ubi maxime vitatum esse a Theocrito spondeum pedis quarti incisione bucol. insequente satis constat, maximam movent suspicionem. atque utroque loco aliae quoque res suadent, ut remo-

---

[1]) Cf. Wordsworthii 'Theocr. Cantabr. 1844', praefat. p. XIX sq.; Hiller. l. c. p. 320. aliter vero iudicasse videtur Schuemann in libro, cui inscriptum est 'Germaniae philologos Misniae conventum celebrantes salutat H. Fritzsche huiusque societas Graeca, Lipsiae 1863', quem librum inspicere me non potuisse valde doleo.

[2]) Cf. p. 8 sq.

veatur spondeus pedis quarti, id quod utrobique lenissima effici potest immutatione. in priore enim versu *ἁ χίμαρος· χιμάρῳ δὲ καλὸν κρῆς, ἔστε κ' ἀμέλξῃς* agitur de forma *κρῆς*, quam Theocritus alibi numquam admisit; singularis vero numerus eiusdem vocis duobus aliis locis legitur: V 140 et IX 25, quorum utroque extat forma soluta *κρέας*, ac priore quidem in eadem hexametri sede atque in v. I 6; leguntur enim v. V 140 haec: *ταῖς Νύμφαις Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον.* quae cum ita sint, errare videntur, qui veluti Fritzsche librorum manu script. lectionem *κρῆς* defendunt, neque dubium esse potest, quin in hoc quoque versu soluta forma *κρέας* restituenda sit[1]). versu autem IX 19 *ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χόρια ζεῖ, ἐν πυρὶ δ' αὖαι* non solum spondeo pedis quarti sed etiam hiatu, cui similem alium apud Theocritum non invenies, offendimur. adparet vero etiam hoc loco recipiendam esse formam solutam *ζέει* iam a Brunckio commendatam, quacum conferri possunt aliae verborum formae, velut V 82 *φιλέει*, VIII 54 *θέειν*.

Ex ceteris versus incisionibus maioris momenti semiseptenariam tantummodo esse caesuram et semiternariam notum est.

Atque post alterius pedis arsim sat frequenter apud Theocritum hexametri inciduntur, saepius tamen trochaica incisione in pede tertio insequente quam semiquinaria. habent enim caesuram semiternariam: *a)* in edyll. bucol. vv. CCCXCII vel 44·7 % (CLXIII insequente caes. semiquin., CCXXIX insequente caes. tertii pedis troch.); *b)* in edyll. mim. vv. CLXXXVIII vel 42·4 % (quorum LXXXIII incisione semiquin., CV trochaica pedis tertii sunt praediti); *c)* in edyll. epicis vv. CCCCLXXXVII vel 46·1 % (LXXXII insequente caes. semiquin., CCCCV insequente incis. pedis tertii troch.); *d)* in edyll. dub. CXXVIII vel 44·7 % (in XLII vv. incis. semiquin. sequitur, LXXXVI inciduntur post tertii pedis trochaeum).

Neque interpunctio hac in caesura rara est; distinguuntur enim verba post tertii pedis arsim: *a)* in cc. bucol. sexagiens (XV locis graviore, XLV ll. leniore interpunctione); *b)* in cc. mim. triciens bis (in vv. XIV interp. graviore, in vv. XVIII leniore); *c)* in cc. epic. septuagiens quater (in vv. XIX graviore, in vv. LV leniore interp.); *d)* in cc. dub. duodeviciens (in vv. IV graviore, in vv. XIV leniore interpunct.).

Caesurae semiseptenariae usus apud Theocritum propter magnam bucolicae incisionis frequentiam in universum quidem haud ita late patet. maior enim auctoritas caesurae post arsim pedis quarti in eis tantummodo esse potest versibus, qui bucolica caesura carent; nam finis vocabuli, qui

---

1) Cf. etiam Laur. Morsbachii 'De dialecto Theocritea' part. I, Bonnae 1874, p. 66.

cadit in arsim quartam, insequente incisione bucolica vix sentitur [1]). versuum autem, qui post pedem quartum incisionem non exhibent, pars maior caesura semiseptenaria instructa est. versus reliqui aut post arsim quintam aut post trochaeum pedis quinti inciduntur; quae incisiones interdum etiam semiseptenariam secuntur. sunt vero caesura semiseptenaria praediti: *a)* ex CCXXVIII carminum bucol. versibus caesura bucolica carentibus vv. CXV, *b)* ex CLXXXII eiusdem modi vv. carminum mimic. vv. CIV, *c)* ex DXXXIII vv. carminum epic. vv. CCLXXX, *d)* ex XCVI vv. carminum dub. vv. LIII.

Interpunctionibus autem caesura semiseptenaria rarius adiuvatur quam semiternaria, id quod cum ea re cohaerere videtur, quod Theocritus similiter atque Homerus [2]) in universum quidem saepius in priore quam in altera hexametri parte finire solet sententias [3]). interpungitur autem in caesura semiseptenaria: *a)* in cc. bucol. dudeviciens (ter gravius, quinquiens deciens lenius); *b)* in cc. mim. viciens semel (deciens gravius, undeciens lenius); *c)* in cc. epic. viciens sexiens (sexiens gravius, viciens lenius); *d)* in cc. dub. octiens (bis gravius, sexiens lenius).

Enumerandi vero hoc loco sunt ii versus, quorum verba et in semiternaria et in semiseptenaria caesura distinguuntur quique interdum ita sunt conformati, ut vocabulum semiternariam caesuram excipiens anaphora post semiseptenariam repetatur: *a)* VII 35 *ἀλλ' ἄγε δή — ξυνὰ γὰρ ὁδός, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς*, VIII 45; IX 17; *b)* XIV 16; XV 29; *c)* XVII 10; XXII 55; *d)* XX 6; XXVII 41.

In admittenda incisione post arsim quintam (quae est caes. seminovenaria) Theocritus ceteros poetas Alexandrinae, quae dicitur, aetatis [4]) secutus ea cautione usus est, ut vitaret illam antecedente incisione pedis quarti mascula, in primis in versibus semiquinaria quoque caesura praeditis. sed etiam in hexametris trochaica tertii pedis caesura divisis rarissime apud eum seminovenariam caesuram praecedit semiseptenaria. si enim discesseris a versibus, quorum arsis quarta articulo efficitur cum nomine insequente coniuncto (velut I 95 *καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα*) vel finali syllaba praepositionis substantivum suum antecedentis (velut VII 82 *κατὰ στόματος χέε νέκταρ*), sat pauci restant loci huc pertinentes. atque hi quoque maximam partem ita sunt comparati, ut alterutra ex caesuris

---

1) De hexametris, in quibus cum nulla insit incisio pedis tertii, caesurae primariae locum semiseptenaria obtinet, cf. p. 46.

2) Cf. Hartel. I 95.

3) In solis cc. bucolici generis sententiarum exitus saepius in alterum hemistichium (in sedem caesurae bucol.) cadere solet. ac similiter res se habet in edylliis dubiae orig.

4) Cf. G. Meyer l. c. p. 986 sqq.

illis vocabuli, quod antecedit, cohaerentia cum sequentibus debilitetur [1]). caesura vero semiquinaria duas illas, de quibus verba fiunt, incisiones masculas antecedit in versibus 22: *a)* VIII 91 *ὥτερος, οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο*; X 11; XI 45; *b)* II 16, 139; XIV 2, 25; XV 47, 55, 95, 101, 110; XVIII 42; *c)* XIII 39; XVI 2, 41; XVII 42; XXII 120; XXV 91; XXVI 29, 38; XII 8. semiternaria etiam incisione ex his hexametris instructi sunt versus: *a)* XI 45; *b)* XIV 25; XV 55, 101; *c)* XVII 42. interpunctione incisio seminovenaria septiens adiuvatur, sed in solis cc. mim.: XIV 11; XV 14, 18, 40, 53, 66, 144 (gravior extat interpunctio in vv. XV 14, 53, 66, in ceteris lenior).

Quod autem ad interpunctiones adtinet, quae non in caesuris, de quibus exposuimus, sed in aliis versus sedibus extant, memorandum est partem harum distinctionum maiorem in fine pedis primi extare, ubi non multo rarius interpungitur quam in caesura semiternaria. habent quidem hac in sede interpunctionem: *a)* in cc. bucol. vv. XLV (XIX graviorem, XXVI leniorem); *b)* in cc. mimic. vv. XLVII (XVIII graviorem, XXIX leniorem); *c)* in cc. epicis vv. LII (XVI graviorem, XXXVI leniorem); *d)* in cc. dub. orig. vv. VIII (I graviorem, VII leniorem). in ceteris versus sedibus sat raro distinguitur oratio, sed saepius, id quod iam supra dixi, in hemistichio priore. atque post arsim primam interpunctionem habent hi versus: *a)* IV 2; X 25; *b)* XV 89; *c)* XXII 178, 180; XXIV 101; XII 13; *d)* XXVII 43, 45; sed locis quinque (X 25; XXII 180; XII 13; XXVII 43, 45) elisione interpunctionis vis infringitur. aliquanto frequentiores sunt distinctiones post primi pedis trochaeum: *a)* I 97, 116, 145; V 81; VI 3; VII 93, 119; VIII 24; XI 54; *b)* II 164; XIV 47; *c)* XXII 68, 175, 181; XXIV 41, 53, 63, 97, 122, 124; XXV 20, 84, 243, 261; XII 11; *d)* XXIII 53 (elisione interpunctionis vis lenitur in vv.: I 116, 145; VII 119; II 164; XXIV 41). multo rarius interpungitur post trochaeum pedis alterius: *a)* IV 6; V 76, 110; *b)* XV 72; *c)* XXV 179. de versibus vero V 44, XIV 51, XXIII 42, qui in fine pedis alterius interpunctionem habent, iam p. 25 sq. exposuimus; in eandem hexametri sedem interpunctio Hauptii coniectura recepta etiam in v. XXI 38 infertur (*ὄψιν τὰν ἴδες, εἴγε θέλεις* ...). in fine pedis tertii in edylliis Theocriti genuinis numquam distinguitur oratio ac bis tantum in cc. dub.: XIX 7 et XXI 15; sed utroque loco interpunctio cum elisione convenit; et priore etiam antecedit

[1]) Huc referendi sunt versus hi; *a)* I 60 *μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν*, VIII 15, 67; IX 12; X 7, 20, 31; XI 7, 71, 78; *b)* XIV 11, 62; XV 29, 40, 53, 144; XVIII 14, 24, 25, 48; *c)* XIII 8, 72; XVI 29, 99, 102, 108; XVII 13, 25, 29, 46, 59, 79, 107, 112; XXII 62, 77, 116, 130, 137, 138, 173; XXIV 121; XXV 98, 177, 247, 268; XXVI 19; XII 3; epigr. X 3; *d)* XXI 34; XXIII 43, 62; XXVII 26, 45; epigr. XI 5.

interpunctio gravior in caesura trochaica pedis tertii posita. post trochaeum pedis quarti numquam reperitur interpunctio, nisi, si vocativum seiungimus distinguendi nota ab insequentibus, in c. XVIII. v. 15[1]). etiam post priorem thesis quintae partem interdum interpungitur: *a)* V 30; *b)* XV 3, 60; *c)* XVII 66; XXV 211; *d)* XXI 4 (gravius in vv. XV 3, 60, lenius in cett. interpungitur). in fine denique pedis quinti interpunctio his tribus locis reperitur: *a)* I 77, VIII 51; *b)* XV 1. ac duobus prioribus, qui ex edylliis bucol. petiti sunt, locis sententiis a pede sexto incipientibus adlocutiones continentur nominibusque eorum, qui adpellantur, uterque versus finitur: I 77 *ἦνθ' Ἑρμῆς πράτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δέ· Δάφνι | τίς τυ κατατρύχει* ...; VIII 51 *ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος, ἴθ' ὦ καλὲ καὶ λέγε· Μίλων,* | *ὁ Πρωτεὺς φώκας* ...; in versu autem XV 1 in pede sexto eadem vox, a qua versus incipit, repetitur: (Gorgo:) *Ἔνδοι Πραξινόα;* (Praxinoa:) *Γοργοῖ φίλα, ὡς χρόνῳ. ἔνδοι.*

Restat ut agam de incisione pedis quarti trochaica. hanc quidem ab omnibus melioribus Graecorum poetis vitatam esse iam G. Hermann (De aet. script. Argon. p. 692) recte animadvertit. apud Latinos autem poetas vel apud optimos eadem caesura satis frequens est[2]). quod discrimen, cum inter Graecorum et Romanorum artem intercedat, ipsum veram causam nobis indicare videtur, qua permoti poetae Graeci incisionem illam fugerint. revocamur enim hoc discrimine ad caesuras, quibus incidi solet versus heroicus in pede tertio; quarum caesurarum usu quantum differant poetae Latini a Graecis satis notum est. apud illos quidem cum longe frequentissima esset caesura semiquinaria, incisio post pedis quarti trochaeum nullam habebat offensionem. prorsus alia autem res est, si iam in pede versus tertio trochaica inest caesura; atque haec iam in Homero paulo frequentior quam semiquinaria temporum successu magis magisque apud Graecos obtinuit. in hexametris vero hac caesura divisis admissa etiam post trochaeum pedis quarti incisione 'numerorum vis ac robur', ut cum Hermanno loquar, 'nimis debilitatur'. atque inde illud poetarum Graecorum caesurae quarti pedis trochaicae vitandae studium, quod paulatim etiam in versibus caesura semiquinaria distinctis obtinuit, satis commode potest explicari.

Theocritus et ipse incisionem, de qua agitur, sat religiose vitavit. saepissime enim apud eum, si vocabuli finis cum trochaeo quarto convenit, altera pars thesis quartae vocula monosyllaba efficitur. atque haec locis plurimis est enclitica vel una ex particulis *μέν, δέ, γάρ* cum eis, quae praecedunt, artissime conexa, ita quidem, ut incisio post quartum trochaeum

---

1) Sed cf. quae Bekker, qui eius modi interpunctiones reicit, exposuit l. c. 269 sq.

2) Cf. Luc. Muelleri 'De re metr'. p. 191 sq.

nulla sit, velut I 53 *σχοίνῳ ἐφαρμόσδων· μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρας*[1]). similiter vox monosyllaba, qua finitur pes quartus, etsi non est enclitica, tamen cum praegressis arte coniuncta est his in versibus: *a)* IX 5 *ἐμὶν δὲ τὺ βουκολιάζεν*; *b)* XIV 64 *αἰτεῖν δὲ δεῖ οὐκ ἐπὶ παντί*, 70 *ποιεῖν τι δεῖ, ἃς γόνυ χλωρόν*, XV 25 *καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι*; *c)* XXVI 15 *μαίνοντο δ' ἄρ' εὐθὺ καὶ ἄλλαι*; *d)* XXIII 3 *καὶ οὐδὲ ἓν ἅμερον εἶχε*.

Altera pars versuum, in quibus pedis quarti trochaeo vocabulum finitur, ita comparata est, ut prior syllaba brevis pedis quarti vocula monosyllaba a sequentibus non dirimenda efficiatur, velut articulo: *a)* VIII 86 *δωσῶ τὰ δίδακτρά τοι αἶγα*, ibid. 87; *b)* II 64; XV 31, 55, 58, 69; *c)* XXVI 38; aut vocula *καί*: II 101 *καλεῖ, καὶ ὑφαγέο τᾷδε*, XXVI 35. nonnumquam cohaerentia illa antecedente interpunctione in caesura semiseptenaria adiuvatur: *b)* XIV 2 *χρόνιος; τί δέ τοι τὸ μέλημα;* 21 *παρέοντος ἐμεῦ. τίν' ἔχειν με δοκεῖς νοῦν;* XVIII 38 *κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη*; *c)* XVII 63 *μελῶν· ὁ δὲ πατρὶ ἐοικώς*, 118 *μένει· τὰ δὲ μυρία τῆνα*. similis est ratio versus XV 117 *ὅσσα τ' ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ*, ubi post vocabulum *μέλιτος*, quamquam non interpungitur, tamen in recitando vox aliquantum retinenda est. itaque quattuor tantum restant versus huc pertinentes: *a)* VIII 10 *οὔποτε νικασεῖς μ', οὐδ' εἴ τι πάθοις τύγ' ἀείδων* (codd. p et k *εἰ παθέοις* exhibent. M. Schmidt in Mus. Rhen. vol. XXVI 177 scribendum esse coniecit *οὔποτε νικασεῖς μ', οὐ δῆτ', ἀθεεὶ τύ γ' ἀείδων*, quod minus probabile esse videtur), X 27 *ἰσχνάν, ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον*; *b)* XVII 15 *κεὶς ἔτος ἐξ ἔτεος Μενέλαε τεὰ νυὸς ἅδε*; *c)* XXIV 102 *Τειρεσίας πολλοῖσι βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς*. his in hexametris omnibus observare licet caesuram, de qua sermo est, voce excipi bisyllaba, ita quidem, ut efficiatur caesura post arsim quintam (seminovenaria), quam rem, cum festinemus in recitandis huius modi versibus a caesura pedis tertii ad caesuram illam seminovenariam neque fieri patiamur caesuram post quarti pedis trochaeum, excusationi esse versibus, in quibus vocabuli exitus cum quarto trochaeo convenit, iam G. Hermann intellexit[2]). ceterum quin verba *εἴ τι πάθοις, ἐγὼ δὲ μόνος, βαρύς περ ἐών* ipsa tam arte cohaereant,

---

[1]) Cetera exempla sunt: *a)* I 56, 151; III 16, 36; IV 2, 30, 54, 60; V 89, 105, 123, 135, 148; VI 28, 36; VII 20, 38, 60, 66, 100; IX 16, 20, 32; X 53; XI 3, 11, 33, 40, 56, 69; *b)* II 34, 72, 98, 103, 138, 145, 157; XIV 15, 22, 27, 50, 56; XV 148; *c)* XIII 51; XVI 106; XVII 66, 75, 91, 93, 137; XXII 33, 59, 132, 158, 162, 176, 210, 215, 220; XXIV 1, 38; XXV 37, 43, 60, 64, 97, 115, 138, 147, 172, 180, 193, 195, 202, 215, 269; XII 23; *d)* XX 1, 9; XXIII 45; XXVII 43, 69.

[2]) De aetate script. Argon. p. 693, ubi hunc in modum excusat versum Hom. Z 2 *πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο*; cf. etiam Hoffmanni 'Quaestt. Homer'. p. 26.

ut nulla fere in eis incisio sentiatur, dubitari nequit. aliter sane res se habet in c. XVIII. v. 15, ubi trochaeo quarto vocativus finitur; atque hac re permotus esse videtur Meineke, ut scribendum esse coniceret *Μενέλα, τεὰ ἁ νυὸς ἅδε,* quam coniecturam Ahrens recepit. sed Meineke ipse in tertia carminum Theocriteorum editione codicum scripturam retinuit, ad quam etiam recentiores redierunt editores. ac profecto, cum etiam ex nomine proprio hoc loco peti possit aliquid excusationis, coniectura illa supervacanea esse videtur.

Quoniam ex eis, quae exposui, adparet Theocritum in universum magna cum diligentia incisionem pedis quarti trochaicam vitasse, nullo pacto probari posse coniecturas, quibus caesura illa in versus Theocriteos inferatur, consentaneum est. id vero cadit in Wordsworthii coniecturam, qui v. X 38, ut tolleret spondeum ante caesuram bucolicam, scribendum esse censuit *ἐλελήθη ὁ βοῦκος (βῶκος) ἀοιδάς.* idem valet de Gerhardi sententia[1], qua suasit, ut in v. XXII 88 pro librorum scriptura *τοῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον* restitueretur *τοῦ δ' ἄκρον ἔτυψε γένειον,* et de coniectura in v. XXV 180 ab Ahrensio proposita, qui pro lectione vulgata *ἐγὼ δέ σε φράζομαι ὀρθῶς,* cum libros *φρίζομαι* vel *φρίξομαι* exhibere et in cod. m voculam *σε* omissam esse vidisset, in edit. min. poetarum bucol. Graec. *ἐγὼ δὲ σοφίζομαι ὀρθῶς* scripsit.

---

[1]) Cf. Lectt. Apollon. p. 151.

CAPUT TERTIUM.

In producendis et corripiendis vocalibus ante mutam cum liquida positis quas rationes secutus sit Theocritus?

Mutae ita cum liquida coniunctae, ut haec illam excipiat, quae sit in re metrica in universum ratio, pluribus ut exponam, opus esse non videtur. satis enim constat vocales breves, quae has consonas antecedunt, non eodem modo produci ac si duae pluresve mutae vel duae liquidae illas excipiant vel liquida insequente muta. quam ob rem syllabae illae iure ancipites vocantur. qua ratione autem fiat, ut vocalis brevis, quae mutam cum liquida antecedit, modo producatur modo brevis maneat, quodque discrimen intercedat inter mutam cum liquida et alias consonarum iuncturas ab Hartelio luculentissime explicatum est[1]).

Sed non easdem omnibus temporibus in producendis vocalibus ante mutam c. l. positis poetae observarunt leges. apud Homerum quidem aliosque epici carminis scriptores aetatis superioris Attica, quam dicunt, correptio adeo raro invenitur, ut, ubicumque fieri id potuit, summa cum cura eam vitatam esse contendere liceat. restringitur enim saepius ea admissa spondeorum usus totaque versus heroici gravitas valde imminuitur; haec autem ut servaretur, poetae illi diligenter elaborasse videntur. in carminibus vero versu heroico conscriptis, quae inferioribus orta sunt temporibus, magna hac in re observari potest immutatio. correptiones enim Atticae magis magisque increbrescunt ac suo iure G. Hermann 'vix ullum certius recentioris aetatis esse indicium' adfirmat, 'quam quod e crebro harum correptionum usu depromatur'[2]). neque tamen hunc frequentiorem correptionis Atticae usum cum Hermanno barbariem[3]) equidem adpellem. nam praeterquam quod ipsa linguae natura procedente tempore non eadem mansit, reputes quaeso inde

---

1) Cf. l. c. I p. 45 sq., 85.

2) De aetate script. Argon. p. 755.

3) Cf. ibid. p. 761.

a Callimacho poetas, qui versu heroico utebantur, numerorum volubilitatem magna cum diligentia adfectasse[1]; atque cum hac re etiam correptionis Atticae frequentiam auctam arte cohaerere vix poterit negari.

Sed iam, quo modo Theocritus vocalibus brevibus ante mutam c. l. positis usus sit, videamus. primum autem mentio facienda videtur legis illius certissimae, productionem vocalis brevis ante mutam c. l. fortiorem esse in voce media quam in confinio vocabulorum[2]. huius enim legis nobis quoque in distribuenda et tractanda materia proposita habenda est ratio. priore igitur huius capitis parte (I), quae sit apud Theocritum vis mutae c. l., a quibus vocabula initium capiunt, explicare conabor, deinde (II) agam de muta c. l., quae sedem tenent in vocabulis mediis.

I.

Quanto opere imminutum sit apud Theocritum pondus, quod proprium est mutae c. l. in Homeri carminibus, iam ex usu huius consonarum iuncturae in vocum initio cognosci potest; ac praecipue ex usu brevium vocalium finalium, quae insequente muta c. l. in thesi sunt positae, illud elucebit. multum enim interest, utrum accedente versus ictu vocales ante mutam c. l. producantur, an in sede ictu destituta; multae certe syllabae, quae in arsi producuntur, corripiuntur in thesi. ac priore loco (A) de productionibus in arsi exponere mihi in animo est; parte altera (B), quam rationem Theocritus in producendis corripiendisque syllabis finalibus in thesi ante mutam c. l. positis secutus sit, explicabo.

A.

Theocritus, quamquam similiter atque ceteri poetae in producendis syllabis ante mutam c. l. in arsi positis multo liberius versatus est quam in producendis isdem syllabis in thesi conlocatis, tamen illa quoque in re certas quasdam secutus est leges[3].

---

[1]) Cf. p. 18.

[2]) Cf. Hartelium l. c. I 80 sq.

[3]) Hae ut accuratius possint perspici, locos huc pertinentes, quos Theocriti carmina perscrutatus inveni, omnes proponam necesse est. qua in re eam sequar rationem, ut exempla productionis, de qua agitur, per singulas versus sedes digeram variis carminum generibus respectis. atque inveniuntur hae productiones: 1. in arsi prima: *a)* I 41 *ὁ πρέσβυς*, V 11 *τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε*, 71 *τὸ πλέον*, VIII 52 (pentam.) *ὁ Πρωτεύς*; *b)* XV 86 *ὁ τριφίλητος*; *c)* XVII 11 *τί πρῶτον*, XXV 24 *τὸ τρίτον*. — 2. in arsi altera: *a)* I 39 *τοῖς δὲ μέτα γριπεύς*, 83 *ἀνὰ κράνας*, 117 *ἀνὰ δρυμώς*, IV 3 *ἢ πά ψε κρύβδαν*, 31 *τὰ Γλαύκας*, V 53 *στασῶ δὲ κρητῆρα*, 69 *ἐν χάριτι κρίνῃς*, 90 *ὁ Κρατίδας*, 95 *ἀπὸ πρίνοιο*, 150 *αἰ μή τυ φλάσσαιμι*, VI 18 *ἀπὸ γραμμᾶς*, VII 11 *τὸ Βρασίλα*,

Quod si de singulis consonis liquidis quaeris, in quot quaeque earum reperiatur exemplis, inspicias hanc tabulam:

liquidae	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in. cc. dub.
λ	16	6	17	39	3
μ	—	—	1 (v. XXIV 50)	1	—
ν	2	1	4	7	1
ϱ	37	12	50	99	8
	55	19	72	146	12

In ea autem re, quod numerus locorum, quibus ϱ liquida legitur, multo superat aliorum exemplorum summam ac praecipue eorum, quae habent liquidas μ et ν, mihi quidem haud quicquam memorabile videtur inesse; immo vero indoli ipsius linguae Graecae, in qua id genus vocabulorum, quae incipiunt a muta cum ϱ vel λ coniuncta, multo maior est copia quam eorum, quae a muta cum μ vel ν liquidis initium capiunt, illud imputandum esse existimo. simile enim discrimen atque in his exemplis distribuendis etiam paulo infra observabimus, ubi de locis agemus, quibus breves vocales finales mutam c. l. antecedentes manent integrae. sunt vero aliae rationes, quas observasse Theocritum, si accuratius rem inspexeris,

---

18 *ζωστῆρι πλακερῷ*, 25 *λανὸν ἔπι θρώσκεις*, 114 *πέτρᾳ ὕπο Βλεμύων*, IX 19 *ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ*, 30 *μή πω ἐπὶ γλώσσας*; *b)* II 113 *ἐπὶ κλιντῆρι*, XIV 18 *ἤδη δὲ προϊόντος*, 53 *οὐκ οἶδα· πλάν*, XV 38 *κατὰ γνώμαν*, 117 *ἀπὸ γλυκερῶ*, 141 *ἔτι πρότερον*; *c)* XIII 16 *τὸ χρύσειον*, XVI 4 *ἄμμες δὲ βροτοί*, 88 *ἄστεά τε προτέροισι*, XVII 76 *πολλᾶς δὲ κρατέει*, 84 *δοιαὶ δὲ τριάδες*, 121 *μοῦνος δὲ προτέρων*, 132 *οὓς τέκετο κρείουσα*, XXII 27 *ἡ μὲν ἄρα προφυγοῦσα*, 41 *λεῦκαί τε πλάτανοί τε*, 98 *ἔστη δὲ πληγαῖς*, 120 *ἀπὸ προβολῆς*, 131 *τὸ μὲν ἄρα κρατέων περ*, 148 *πολὺ προτέροις*, 198 *ὁ δὲ πληγείς*, 213 *αὐτοί τε κρατέοντε*, XXIV 7 *ἐμὰ βρέφεα*, 15 *ἐπὶ πλατύν*, 50 *ἄνστατε δμῶες*, 52 *οἱ δ' αἶψα προγένοντο*, 125 *δούρατι δὲ προβολαίῳ*, 137 *δεῖπνον δὲ κρέα*, XXV 20 *ὅθι πλατάνιστοι*, 123 *αἰεὶ δὲ πλέονες*, 138 *τῶν μέν τε προφέρεσκε*, 159 *τῇ μιν ἄρα προσέειπε*, 226 *στήθεά τε, γλώσσῃ δέ*, 239 *ἀλλ' ἔπεσε προπάροιθε* (quo loco *ν* paragogica potest inseri), epigr. I 1 *τὰ δροσόεντα*; *d)* XXIII 30 *τὸ κρίνον*, 59 *ἀπὸ κρηπῖδος*, XXVII 49 *μᾶλα τεὰ πράτιστα*. — 3. in arsi tertia: *a)* III 16 *ἐθήλαζε, δρυμῷ*, VIII 54 (pent.) *μηδὲ πρόσθε*, X 32 *ὅσσα Κροῖσον*; *b)* v. XV 101 lectio quidem vulgata est *Ἔρυκα, χρυσῶ . . .*, sed recte se habere videtur scriptura codicum notae optimae (k et h) *Ἐρύκαν*, quam Ziegler Ahrensium (in edit. I.) secutus recepit, cf. quae exposuit Fritzsche ad h. v., XVIII 52 *Ζεὺς δέ, Κρονίδας*; *c)* XIII 3 *καλὰ πράτοις*, XVI 23 *οὐχ ἅδε πλούτου*, 65 *αἰεὶ δὲ πλεόνων*, 68 *ὅτινι θνατῶν*, XXII 211 *αὐτὸν δὲ φλογέῳ*, XXIV 7 *βρέφεα γλυκερόν*, XXV 236 *ὅ μοι ὁ πρίν*. — 4. in arsi quarta: *a)* I 20 *ἐπὶ τὸ πλέον* 24 *ποτὶ Χρόμιν*, 28 *ἔτι γλυφάνοιο*, 60 *μάλα πρόφρων*, 101 *Κύπρι θνατοῖσιν*,

luce fit clarius. ac primum satis patet non eandem in omnibus versus sedibus esse productionum frequentiam. distribuuntur enim eae, ut sub uno aspectu rem ponamus, inter singulas arses hac ratione:

arses	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
I arsis	4	1	2	7	—
II „	17	6	28	51	3
III „	3	1	7	11	—
IV „	28	11	28	67	8
V „	3	—	6	9	—
VI „	—	—	1	1	1
	55	19	72	146	12

Duae igitur arses, secundam dico et quartam, praecipue aptae videbantur Theocrito, in quibus vocales breves finales insequente muta c. l. producerentur. in isdem arsibus etiam poetae, qui vel severioribus sese adstrinxerunt legibus, productiones, quas tractamus, saepissime admiserunt. sic apud Callimachum (qui in arsi quinta numquam brevem vocalem finalem ante mutam c. l. produxit, in arsi tertia semel in nomine proprio *Ἐλευσῖνι* h. VI 31, in sede sexta numquam nisi bis in verbis *ἐπὶ δρῦν* h. III 120 sq.) in arsi pedis alterius ter et triciens, in arsi quarta septiens

150 *ἐπὶ κράναισι*, 152 *μὴ ὁ τράγος*, III 47 *ἐπὶ πλέον*, 54 *κατὰ βρόχθοιο*, V 30 *ὁ τράγος*, 42 = 30, 80 *πολὺ πλέον*, 132 *ὅτι με πρᾶν*, VI 3 *ἐπὶ κράναν*, 13 *ἐπὶ κνάμαισιν*, 14 *κατὰ δὲ χρόα*, VII 5 *ἀπὸ Κλυτίας*, 65 *ἀπὸ κρατῆρος*, 88 *ὑπὸ δρυσίν*, 93 *ἐπὶ θρόνον*, 101 *παρὰ τριπόδεσσι*, 107 *ὑπὸ πλευράς*, 108 *ὅτε κρέα*, 122 *ἐπὶ προθύροισιν*, 135 *κατὰ κρατός*, 144 *παρὰ πλευραῖσι*, VIII 17 = I 20, XI 57 *ἐρυθρὰ πλαταγῶνι' ἔχοισαν*; *b)* II 26 *ἐνὶ φλογί*, 59 *τὰ θρόνα*, 70 *Θρᾷσσα τροφός*, 79 = V 80, 92 *ὁ δὲ χρόνος*, XIV 68 *ἀπὸ κροτάφων*, XV 85 = XIV 68, 112 *ὅσα δρυός*, 115 *ἐπὶ πλαθάνῳ*, 132 *ἅμα δρόσῳ*, 140 *ἀπὸ Τροίας*; *c)* XIII 39 *τάχα δὲ κράναν*, 40 *περὶ δὲ θρύα*, XVI 49 *ἀπὸ χροιᾶς*, 61 *μετὰ γλαυκᾶς*, 72 *ἔτι τροχόν*, 75 *ὅθι Φρυγός*, XVII 3 *ἐνὶ πρώτοισι*, 14 *ὅτε φρεσίν*, 40 = V 80, 59 *ὅτε πρώταν*, 73 *Διὶ Κρονίωνι*, XXII 4 *τὸ τρίτον*, XXIV 31 *ὑπὸ τροφῷ*, 70 *κατὰ κλωστῆρος*, 71 *μάλα σε φρονέοντα*, 121 *φίλα φρονέων*, XXV 46 *διὰ δὲ κρίνουσι*, 53 *αἶψα χρέος*, 91 *ἠὲ Θρηκός*, 93 *μετὰ προτέροισι*, 136 *κατὰ χροός*, 155 *ὅθι πρώτιστα*, 163 *ἐνὶ φρεσί*, 177 *ἵνα γνώω*, 259 *ἐπὶ τρομεροῖς*, 276 *ἐπὶ φρεσί*, XXVI 19 *τάχα γνώσῃ*, XII 12 = XXV 93; *d)* XX 23 *περὶ κροτάφοισι*, XXI 7 *ὑπὸ πλεκταῖς*, XXIII 2 *τὸν δὲ τρόπον*, 28 *καὶ ὁ χρόνος*, XXVII 27 *τίνα τρομέουσι*, 49 *τάδε χνοάοντα*, epigr. VI 1 et 5 = I 20. — 5. in arsi quinta: *a)* III 29 *τὸ πλατάγημα*, VIII 46 (pent.) *τὰ νέα τρέφεται*, 90 *ἀνετράπετο φρένα*; *c)* XVI 99 *καὶ ὅθι πλατὺ τεῖχος*, XXII 89 *ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρίν*, 100 *στόμα τε γναθμούς τε*, XXV 32 *ἐποιχόμεθα πρόπαν ἦμαρ*, 90 *ἐλαυνόμενα προτέρωσε*, 98 *ῥεῖα πλήσθησαν*. — 6. in arsi denique sexta duo eius modi loci in censum veniunt: *c)* XXII 171 *ποθεῖ, αἵματι δὲ χρή* et *d)* XXIII 13 *φεῦγε δ' ἀπὸ χρώς*.

et quinquagiens hunc in modum breves syllabae finales producuntur[1]. atque ipse Nonnus, quem ex arsibus tertia, quinta, sexta huius modi productiones prorsus expulisse Scheindler demonstravit[2]), in pedibus altero et quarto frequentissime in vocum confinio syllabam brevem ante mutam c. l. produxit. apud Theocritum vero vocalem brevem in exitu vocabuli conlocatam, etiamsi duabus consonis mutis insequentibus producatur, semper fere in arsi aut altera aut quarta reperiri infra videbimus. explicanda autem inde ea res esse videtur, quod inter voces, quae antecedunt vel secuntur primariam versus heroici caesuram, saepissime artum vinculum syntacticum intercedit. qua de re infra plura exponam.

In productionibus autem, quas adtuli, rarissime vocalis producta in arsi sexta posita est. in edylliis quidem bucol. et mim. numquam, in epicis non saepius quam semel: XXII 171; accedit ex cc. dub. v. XXIII 13. utroque loco caesura bucol. antecedit interpunctione adiuta; atque priore producitur vocula *δέ* (*αἵματι δὲ χρή*), quam in eadem versus sede et Homerus et alii similiter usurparunt; cf. Hom. *Ψ* 228 *παύσατο δὲ φλόξ*, Hes. Op. 232 *οὔρεσι δὲ δρῦς*. animum autem poetae, qui c. XXIII. condidit, cum scriberet v. 13 *τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο, φεῦγε δ' ἀπὸ χρώς*, subiise videtur memoria versuum, qualis est Hom. *τ* 204, ubi in eadem sede vocalis brevis sequente voce *χρώς* producitur: *τῆς δ' ἄρ' ἀκουούσης ῥέε δάκρυα, τήκετο δὲ χρώς* vel P 733 *τῶν δὲ τράπετο χρώς*. in arsi prima, quae in universum VII productiones exhibet, sexiens articuli formas *ὁ* vel *τό* (quarum haec semel pronominis vice fungitur: V 11 *τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε*) productas reperimus, semel pronom. *τί* in verbis *τί πρῶτον καταλέξω*, cf. Hom. *ι* 14 *τί πρῶτόν τοι ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω*. sat pauca exempla etiam in arsibus tertia et quinta extant; sed horum quae sit natura, ut accuratius possit perspici, etiam alias rationes, quibus in his productionibus admittendis ductum esse Theocritum adparet, respiciamus necesse est.

Exempla vero productionum supra adlata si oculis perlustraveris, non fugiet te pleraque eorum ita esse comparata, ut vox a muta c. l. incipiens cum vocabulo praecedente, cuius in exitu vocalis brevis producatur, vinculo syntactico artissime copulata sit. haec eadem lex quantum valeat apud Homerum in similibus productionibus non solum ante mutam c. l., sed etiam ante solas consonas liquidas, acute demonstratur ab Hartelio l. c. I, p. 10, 79 sqq., 85 sqq., 88 sqq. apud Theocritum quidem ex omnibus locis huc pertinentibus tres tantum (III 16, XIV 53, XVIII 52) ante vocabulum a

---

[1]) Cf. Benek. l. c. p. 42.

[2]) Quaest. Nonn. I 15 sqq.

muta c. l. initium capiens interpunctionem habent; contra semper fere inter vocabula, quorum in confinio vocalis brevis producitur, arta intercedit cohaerentia. sic locis XLII vocalis in fine praepositionis posita ante substantivum cum praepositione illa conexum producitur; sunt quidem vocales finales harum praepositionum: *ἀπό*: *a*) V 95; VI 18; VII 5, 65; *b*) XIV 68; XV 85, 117, 140; *c*) XXII 120; *d*) XXIII 59; *ἀνά*: *a*) I 83, 117; *ἐνί*: *b*) II 26; *c*) XVII 3; XXV 163; *ἐπί*: *a*) I 150; III 47; VI 3, 13; VII 93, 122; IX 30; *b*) II 113; XV 115; *c*) XXIV 15; XXV 259, 276; *κατά*: *a*) VII 135; *b*) XV 38; *c*) XXIV 70; XXV 136; *μετά*: *c*) XVI 61; XXV 93; XII 12; *παρά*: *a*) VII 101, 144; *περί*: *d*) XX 23; *ποτί*: *a*) I 24; *ὑπό*: *a*) VII 88, 107; *c*) XXIV 31; *d*) XXI 7. memorandum est plus tres partes harum productionum extare in arsi quarta; haec enim aptissima, in qua praepositionum vocales finales producerentur, etiam ea de causa esse videbatur, quod Theocritus in universum elaboravit, ut ea, quibus expleretur spatium inter caesuram pedis tertii et bucol., quasi in unum coalescerent[1]). deinde haud raro articuli substantivum suum praecedentis formae in brevem vocalem desinentes producuntur: *ὁ*: *a*) I 41 *ὁ πρέσβυς*, 152 *ὁ τράγος*, V 30 id., 42 id., 90 *ὁ Κρατίδας*, VIII 52 *ὁ Πρωτεύς*; *b*) XV 86 *ὁ τριφίλητος*; *c*) XXV 236 *ὁ πρίν*; *d*) XXIII 28 *ὁ χρόνος*; *τά*: *a*) IV 31 *τὰ Γλαύκας*, epigr. I 1 *τὰ δροσόεντα*; *b*) II 59 *τὰ θρόνα*; *τό*: *a*) I 20 *τὸ πλέον*, V 11 *τὸ Κροκύλος*, 71 = I 20, VII 11 *τὸ Βρασίλα*, VIII 17 = I 20; *c*) XIII 16 *τὸ χρύσειον*, XXII 4 *τὸ τρίτον*, XXV 240 id.; *d*) XXIII 30 *τὸ κρίνον*, epigr. VI 1 et 5 = I 20. huc accedunt loci, quibus substantiva cum adiectivis reperiuntur coniuncta, velut: *a*) VII 18 *ζωστῆρι πλακερῷ*, XI 57 *ἐρυθρὰ πλαταγῶνι' ἔχοισαν*; *b*) II 70 *Θρᾷσσα τροφός*; *c*) XVII 73 *Διὶ Κρονίωνι* (cf. Hom. *B* 102, *E* 869, 906 cett.), XXIV 7 *ἐμὰ βρέφεα*.

Eodem modo aut adverbii syllaba ultima ante verbum cum eo conexum reperitur producta aut vocabulis inverso ordine conlocatis ultima verbi syllaba ante adverbium a muta c. l. incipiens: XXIV 52 *αἶψα προγένοντο*, ac similiter XXV 53 *αἶψα χρέος ἐκτετέλεσται* dicitur, XXV 98 *ῥεῖα πλήσθησαν* (cf. formulam Hom. *θεοὶ ῥεῖα ζώοντες* Z 138, *δ* 805, *ε* 122), XXII 27 *ἄρα προφυγοῦσα*, 131 *ἄρα κρατέων*, XXV 159 *ἄρα προσέειπε*, ibid. 90 *ἐλαυνόμενα προτέρωσε*, quo loco etiam forma rhythmica vocabuli *ἐλαυνόμενα* (◡—◡◡◡), quod nisi producta syllaba ultima in versu heroico usurpari nequit, in censum venit (in v. XXV 239 *ἔπεσε προπάροιθε* positionem debilem inserta *ν* paragogica fortiorem effici posse iam diximus). deinde huc pertinent V 69 *ἐν χάριτι κρίνης*, XXIV 121 *φίλα φρονέων*, XXV 32 *ἐποιχόμεθα πρόπαν ἦμαρ*, ubi *φίλα*, *ἐν χάριτι*, *πρόπαν*

[1]) Cf. p. 28.

ἦμαρ adverbiorum instar sunt usurpata; ceterum de vocabulis χάριτι (◡◡) et ἐποιχόμεθα (◡—◡◡) idem valet, quod dixi de voce ἐλαυνόμενα. etiam adverbium ἅμα in v. XV 132 ἅμα δρόσῳ cum voce insequente artissime coniunctum est.

Simili ratione coniunctionum cum sequentibus cohaerentium vocales finales producuntur, veluti in: ὅθι: XVI 75 ὅθι Φρυγός, 99 ὅθι πλατὺ τεῖχος, XXV 20 ὅθι πλατάνιστοι, 155 ὅθι πρώτιστα; ὅτε: VII 108 ὅτε κρέα, XVII 14 ὅτε φρεσίν, 59 ὅτε πρώταν; ἵνα: XXV 177 ἵνα γνώω. huc accedunt pronomina relativa et interrogativa: XV 112 ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρονται, XVII 11 τί πρῶτον, ex cc. dub. XXVII 27 τίνα τρομέουσι. in vv. X 32 ὅσσα Κροῖσον et XVI 68 ὅτινι θνατῶν inter pronomen et vocem sequentem, si omnino scripturae illae genuinae sunt (priore enim loco, quo lectionem vulg. Toup restituit, libri manu scr. varias praebent scripturas; altero autem codd. k et p δ' ὤτινι exhibent, m δ' ᾧγε, Brunck voluit δ' ᾧ κεν, lectio δ' ὅτινι extat in ed. Iunt.), caesura pedis tertii intercedit. etiam voculae ἔτι et ἠέ, quorum syllabae finales eodem modo producuntur, cum sequentibus arte cohaerent: ἔτι: I 28 ἔτι γλυφάνοιο, XV 141 ἔτι πρότερον, XVI 72 ἔτι τροχόν; ἠέ: XXV 91 ἠὲ Θρηκός βορέαο (cf. Hom. Θ 349 ἠὲ βροτολοιγοῦ Ἄρ., Λ 220 ἠὲ κλειτῶν ἐπικ. al.)

Praeterea ut in Homeri[1]) aliorumque poetarum carminibus, ita apud Theocritum saepe particulae δέ et τέ ante voces a muta c. l. incipientes producuntur. vocula quidem δέ viciens quater (sexiens deciens in edylliis ep.) reperitur in arsi insequente muta c. l. producta: *a*) V 53; VI 14; VIII 54 (in vocabulo compos. μηδέ); IX 19; *b*) II 92; XIV 18; XVIII 52; *c*) XIII 39, 40; XVI 4, 23 (ἅδε), 65; XVII 76, 84, 121; XXII 89, 98, 171, 198, 211; XXIV 125, 137; XXV 46; *d*) XXVII 49. vocula enclitica τέ sexiens producitur eaque semper in cc. epicis, quinquiens in arsi altera: XVI 88; XXII 41, 213; XXV 138, 226, semel in arsi quinta: XXII 100. similiter formae monosyllabae pronominum personalium quater usurpantur, bis quidem in arsi altera: IV 3 ἦ πά ψε κρύβδαν, V 150 αἰ μή τυ φλάσσαιμι, bis in quarta: V 132 ὅτι με πρᾶν, XXIV 71 μάλα σε φρονέοντα.

Itaque ex omnibus productionibus, quas supra contulimus, sat paucae restant, quae rationibus propositis explicari nequeant. reperiuntur illae his in versibus: *a*) I 39 τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται, ibid. 101 Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής, III 16 μαζὸν ἐθήλαζε(ν), δρυμῷ τέ νιν ἔτρεφε μάτηρ, VII 25 λανὸν ἔπι θρώσκεις; ὥς τοι ποσὶ νισσομένοιο, 114 πέτρᾳ ὕπο Βλεμύων, ὅθεν οὐκέτι Νεῖλος ὁρατός,

[1]) Cf. Hartel. l. c. I 10 et 80.

VIII 46 (pent.) οὔθατα πλήθουσιν, καὶ τὰ νεὰ τρέφεται, 90 ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ; *b)* XIV 53 οὐκ οἶδα. πλὰν Σῖμος ὁ τᾶς Ἐπιχάλκω ἐρασθείς; *c)* XIII 3 οὐχ ἁμῖν τὰ καλὰ πράτοις καλὰ φαίνεται εἶμεν, XVII 132 οὗς τέκετο κρείουσα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπου, XXIV 7 εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον, 50 ἄνστατε δμῶες ταλασίφρονες. αὐτὸς ἀυτεῖ; *d)* XXVII 49 μᾶλα τεὰ πράτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω.

Primum igitur videamus, quid de locis I 39, VII 25, 114 statuendum sit. producuntur his quidem praepositionum syllabae ultimae, sed praepositiones ipsae pertinent ad ea, quae praecedunt. extant autem haec exempla omnia in arsi altera, ubi praepositionum substantiva sua praecedentium syllabas ultimas frequenter produci supra vidimus. qua de causa, quamquam exemplorum, de quibus agitur, non prorsus eadem est condicio, tamen haud erraturum me esse puto, si Theocritum analogia, quam dicunt, ductum haec sibi contra disciplinae rationem modo inlustratam concessisse statuerim; cf. Hom. *T* 10 τύνη δ' Ἡφαίστοιο πάρα κλυτὰ τεύχεα δέξο, simill. ceterum praepositiones his locis cum substantivis praegressis ita cohaerent, ut quasi unam vocem cum eis efficiant; atque in vocalibus finalibus in arsi producendis omnes poetae vocibus in initio hexametri positis maiore cum licentia utebantur[1]). eodem modo productiones in vv. XXIV 50 ἄνστατε δμῶες et XXVII 49 μᾶλα τεὰ πράτιστα explicandae esse videntur. similiter res se habet in vv. XIV 53 et XVII 132. sed hoc loco syllaba ultima vocabuli τέκετο (◡◡◡) producitur, quod alia ratione in hexametro usurpari nequit, illo autem in versu etiam interpunctio, quae vocem οἶδα sequitur, non nihil ad producendam syllabam finalem huius vocabuli valet. deinde tres (III 16, XIII 3, XXIV 7) ex hexametris, de quibus agitur, productionem exhibent in caesura semiquinaria. his vero locis intervallo, quod cum caesura primaria coniunctum est, insequentis mutae c. l. vis graviter infringitur. in versu quidem III 16, ubi etiam interpunctio in caesuram cadit, inserta ν paragogica productio firmari potest, locis ceteris ipsius caesurae vis ad vocales producendas aliquid conferre videtur. id enim ut statuatur, suadent versus huius generis: I 115 ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν' ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι, X 30 ἁ αἶξ τὰν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει, cf. etiam VII 85, VIII 74; XXV 57[2]). videtur de productionibus illis insequente muta c. l.

---

[1]) Cf. legem sextam a Hilbergio constitutam 'Princip der Silbenwäg.' p. 38 sqq.

[2]) De brevium syllabarum finalium in consonas exeuntium productionibus, quaecumque apud poetas Graecos reperiuntur, qui post Homerum in carminibus componendis hexametro usi sunt, iam Rzach accuratius egit 'Neue Beiträge zur Technik d. nachhomer. Hexam.' Sitzungsber. der Wiener k. Akad. der Wiss., phil.-hist. Cl. vol. C., fasc. 1. qua in disputatione cum loci quoque Theocritei, qui in censum veniunt, omnes tractati

idem valere, quod valet de locis Homericis velut π 23 *ἦλθες Τηλέμαχε, γλυκερὸν φάος* . . . [1]); in versu autem XIII 3 etiam repetitio vocabuli *καλά* respicienda est. itaque restant loci tres: I 101 VIII 46, 90, quorum primo ultima syllaba nominis proprii *Κύπρι* per anaphoram repetiti in sede caesurae semiternariae producitur; in duabus vero ceteris productionibus explicandis ipsa vocabulorum forma rhythmica in censum venit; priore enim loco, ubi *τὰ νέα* (◡◡◡) unius vocabuli instar est, tribrachum habemus, altero legitur vox *ἀνετράπετο* (◡—◡◡◡), quae si in hexametro est adhibenda, ultima eius syllaba producatur necesse est.

Cum productionibus brevium syllabarum finalium ante vocabula a muta c. l. incipientia eas rationes conferre haud alienum esse videtur, quas Theocritus secutus est in producendis vocalibus finalibus ante voces a binis mutis consonis incipientes. adparebit enim etiam in huius generis productionibus admittendis certos fines terminosque Theocritum sibi constituisse [2]).

---

sint, denuo de eis agere supersedeo. de eiusdem modi locis, qui in Theocriti edylliis inveniuntur, etiam M. Kruegermann egit in 'Quaestt. Theocrit'. p. 10 sqq. similes productiones ex epigrammatis in lapidibus inventis conlegit R. Wagner 'Quaestt. de epigrammat. Graec. ex lapidibus conlectis grammaticae', Lips. 1883, p. 55 sq.

[1]) Cf. Hartelium l. c. p. 89.

[2]) Reperiuntur hae productiones: 1. in arsi prima: *d)* XX 26 *τὸ στόμα.* — 2. in arsi altera: *a)* I 1 *τὸ ψιθύρισμα,* III 48 *οὐδὲ φθίμενον,* IV 19 *δὲ σκαίρει,* V 35 *οὔ τι σπεύδω,* 59 *δὲ σκαφίδας,* VII 138 *ποτὶ σκιαραῖς,* 142 *πωτῶντο ξουθαί,* VIII 82 *τὸ στόμα,* IX 25 *δὲ στρόμβω,* XI 56 = VIII 82; *b)* II 79 *δὲ στίλβοντα,* XV 119 *δὲ σκιάδας,* XVIII 1 *ἄρα Σπάρτᾳ; c)* XVI 36 *δὲ Σκοπάδῃσιν,* 59 *δὲ ζώοντες,* XXII 61 *μήτε σύ με ξείνιζε,* 94 *ἐνὶ στεινῷ,* 124 *ὑπὸ σκαιόν,* 126 *δὲ στόμα* 134 *ἔτι ξείνοισιν,* 207 *ὅγε στήλην,* XXIV 30 *αὖτε σπείραισιν,* 111 *ἀπὸ σκελέων,* XXV 18 *δέ σφισιν,* 23 *δὲ σταθμοί,* 64 *ὁ ξεῖνος,* 220 *κατὰ σταθμούς,* XXVI 4 *κισσόν τε ζώοντα,* XII 21 *διὰ στόματος,* frgm. Ber. 5 *λίνα στήσαιτο,* epigr. X 2 (pent.) *τὤγαλμα Ξενοκλῆς; d)* epigr. IV 6 (pent.) *ἀπὸ σπιλάδων,* V 5 *δὲ στάντες.* — 3. in arsi tertia unam huius modi productionem inveni VII 116 *Οἰκεῦντα, ξανθᾶς.* — 4. in arsi quarta has: *a)* I 44 *δὲ σθένος,* 51 *ἐπὶ ξηροῖσι,* 107 *ποτὶ σμάνεσσι,* 143 *τό τε σκύφος,* V 46 = I 107, IX 3 *ὑπὸ στείραισι,* 11 *ἀπὸ σκοπιᾶς,* 19 *χόρια ζέει,* X 14 *ἀπὸ σπόρω,* XI 9 *τὸ στόμα; b)* II 16 *μήτε ξανθᾶς,* 25 *κοὐδὲ σπόδον,* 35 *ἀνὰ πτόλιν,* 112 *ἐπὶ χθόνος,* 116 *τόδε στέγος,* 122 *περὶ ζώστραισιν,* 162 *παρὰ ξείνοιο,* XV 16 *ἀπὸ σκανᾶς,* XVIII 46 *ὑπὸ σκιεράν; c)* XIII 32 *κατὰ ζυγά,* 34 *μέγα στιβάδεσσιν,* 60 *μάλα σχεδόν,* XVI 31 *ἐπὶ ψυχροῦ,* 94 *ποτὶ σπόρον,* XVII 79 *ὅσα χθαμαλά,* 84 *μετὰ δέ σφισιν,* 105 *τὰ δὲ κτεατίζεται,* XXII 6 *ἐπὶ ξυροῦ,* 76 *ὑπὸ σκιερᾶς,* 100 *περὶ στόμα,* 159 *ὑπὸ σφετέροισι,* 196 *ἐπὶ σκαιόν,* XXIV 14 *ὑπὸ σπείραισι,* 15 *ὅθι σταθμά,* 17 *ἐπὶ χθονί,* 42 *μετὰ ξίφος,* 60 *ποτὶ σφέτερον,* 80 *ἀπὸ στέρνων,* 91 *ἐπὶ σχίζαισιν,* 107 *ἐπὶ σκοπόν,* XXV 73 *ἀπὸ χθονός,* 85 *ποτὶ ζόφον,* 133 *ἐπὶ σφίσι,* 157 *ἀπὸ σταθμῶν,* 190 *ἅμα σφίσι,* 194 *κατὰ στάθμην,* 209 *ὑπὸ ζαθέῳ,* 232 = 73; *d)* XXIII 17 *ποτὶ στυγνοῖσι,* XXVII 20 *σὺ δὲ ζυγόν,* epigr. XI 3 *ἐπὶ ξείνης.* — 5. in arsi quinti pedis: *a)* X 47 *ὁ σταχύς; b)* XIV 56 *ὁ στρατιώτας; c)* XVII 115 *ἀείδοντι Πτολεμαῖον,* XXII 157 *Ἀχαιῶν τε πτολίεθρα.*

Est quidem frequentia harum productionum in singulis arsibus haec:

arses	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. epic.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
I arsis	—	—	—	—	1
II „	10	3	17	30	2
III „	1	—	—	1	—
IV „	10	9	29	48	3
V „	1	1	2	4	—
	22	13	48	83	6

Ex natura autem exemplorum patet rationes, quibus Theocritus in vocalibus hoc modo producendis usus est, vel severiores esse rationibus, quas supra in similibus productionibus ante mutam c. l. observavimus. in arsi enim tertia praeter unum locum nomine proprio excusatum numquam brevis vocalis finalis ante vocem a duabus mutis incipientem longa fit neque in prima, nisi semel articulus in edyll. dub. in arsi autem pedis quinti quater tantum reperitur vocalis ratione, de qua agitur, producta, bis articulus, semel enclitica *τέ,* cuius hac in sede productio inde ab Homero sollemnis fuit [1]); cf. etiam XXV 87 *αὐλία τε σηκούς τε.* quod autem ad productionem vocalis *ι* in *ἀείδοντι Πτολεμαῖον* adtinet, in explicanda ea respiciendum est nomen proprium *Πτολεμαῖον* atque analogia formarum in *σι* (*ν*) exeuntium, quae *ν* paragogica sunt praeditae. in arsibus vero secunda et quarta semper fere eorundem vocabulorum producuntur vocales, quorum insequente muta c. l. uno tantum loco in pede quarto aliud legitur vocabulum IX 19 *χόρια ζέει,* sed habet illud formam tribrachi; in pede autem altero ad voces, quarum vocales finales ante mutam c. l. productas vidimus, accedunt: VII 142 *πωτῶντο ξουθαί* (cf. Hom. *Φ* 350 *καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι . . .,* *Ψ* 15, cett.), XXIV *τὼ δ'αὖτε σπείραισι* (cf. versus Homericos, velut A 206 *τὸν δ'αὖτε προσέειπε θεὰ γλ. Ἀθ.,* cett.), epigr. X 2 (pent.) *τὤγαλμα Ξενοκλῆς,* ubi nomen proprium in censum venit, frgm. Ber. 5 *καί κε λίνα στήσαιτο.*

In arsibus vero altera et quarta breves vocales finales in universum, et ante mutam c. l. dico et ante duas mutas consonas, longe saepissime produci iam nemo non videt. atque eaedem duae versus sedes solae fere aptae videbantur Theocrito, in quibus vocales finales ante simplices consonas liquidas producerentur [2]). in pede enim primo soli versus epigr. I 1 *τὰ*

[1]) Cf. Gisek. 'Hom. Forsch.' p. 71 sq.

[2]) Etiam in huius modi productiones et in productiones, quae fiunt ante consonas liquidas mediis in vocabulis, Rzach diligentissime iam inquisivit 'Beiträge zur Technik des nachhomer. her. Verses'. Sitzungsber. der Wiener k. Akad. der Wiss., phil.-hist. Cl. vol. XCV. fasc. 3. cf. etiam Wagnerum l. c. p 57 sqq. loci ex Theocrito petiti tractantur a Rzachio p. 694—696, 768—770, 854. cf. praeterea Kruegerm. l. c. p. 15 sq.

ῥόδα et c. dub. XXVII 48 τί ῥέξεις vocales hunc in modum habent productas; ceterae autem productiones, quarum pleraeque reperiuntur in carminibus generis epici, extant omnes in pedibus altero et quarto. in illo quidem hae inveniuntur: *c*) XVI 62 ἢ ὕδατι νίζειν, XVII 72 ἀπὸ νεφέων (hoc recepit Ziegler e cod. *κ*, liber m habet ὑπὸ ν.), XXII 118 ἤτοι ὅγε ῥέξαι, XXV 73 τοὺς μὲν ὅγε λάεσσιν, 257 αὐτοῦ ἐπὶ λασίοιο. paulo plures extant huius modi productiones in arsi quarta: *a*) XI 10 οὐδὲ ῥόδῳ, 45 ἐντὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι; *b*) XV 128 ὁ ῥοδόπαχυς; *c*) XXII 121 ἐπὶ λαγόνος, XXV 10 παρὰ ῥόον, 211 ὅθι λῖς ἦεν, 235 ἀπὸ νευρῆς, 246 ὑπὸ λαγόνας, 273 ἀπὸ μελέων.

B.

Iam videamus, quae sit apud Theocritum condicio brevium vocalium finalium insequente muta c. l. in thesi positarum. quod si iam in Homeri carminibus syllabae in vocum confinio ante mutam c. l. productae plerumque in versus sedibus ictu corroboratis leguntur, multo diligentius etiam hanc legem a Theocrito esse observatam statim inde adparebit, quod vocales finales in thesi conlocatae sequente muta c. l. rarissime producuntur; longe frequentissima enim eius modi locis est correptio Attica. atque priore huius sectionis parte (*α*) de exemplis, quae hanc correptionem exhibent, exponemus, altera deinceps (*β*) inquiremus in productiones.

α[1]).

Numerus correptionum in singulis thesibus est hic:

theses		in cc. bucol.	in cc. mim.	in cc. epicis	in omnibus Theocr. cc. genuin.	in cc. dub.
I	1	2	2	2	6	2
	2	1	1	3	5	—
II	1	5	2	3	10	2
	2	—	1	7	8	4
III	1	11	5	21	37	4
	2	—	—	3	3	1
IV	1	—	1	—	1	—
	2	5	5	12	22	4
V	1	7	7	15	29	5
	2	16	2*	18	36	4
		47	26	84	157	26

accedunt quinque correptiones, quae extant in pentametris.

[1]) In proponendis exemplis eadem, qua supra, utar ratione per singulas versus sedes illas digerens. ac reperiuntur hae correptiones: 1. in primae thesis parte priore:

Hos numeros si comparamus cum usu earundem correptionum Homerico, iam aliquanto liberius in vocalibus hac ratione corripiendis versatum esse

---

a) I 51 *φατὶ πρίν*, XI 51 *ἐντὶ δρυός*; *b)* XV 35 *τοῦτο πρέπει*, 49 *οἷα πρίν*; *c)* XXV 126 *ταῖς δὲ τριηκόσιοι*, 254 *χειρὶ προεσχεθόμην*; *d)* XX 6 *οἷα βλέπεις*, XXIII 5 *χερσὶ κρατεῖ*; in parte eiusdem thesis altera: *a)* VII 51 *τοῦθ' ὅ τι πρᾶν*, VIII 42 (pentam.) *σμήνεα πληροῦσιν*, 46 *οὔθατα πλήθουσιν* (pent.); *b)* II 140 *καὶ ταχὺ χρώς*; *c)* XXIV 130 *ὁππόκα κλᾶρον*, XXV 232 *αὐτὰρ ὁ κρᾶτα*, XII 32 *ὅς δέ κε προσμάξῃ*. — 2. in alterius thesis parte priore: *a)* IV 32 *τάν τε Κρότωνα*, VII 61 *Ἀγεάνακτι πλόον*, VIII 25 *ἄμμε κρινεῖ*, X 37 *δὲ τρύχνος*, XI 35 *τὸ κράτιστον*; *b)* XIV 70 *ὁ χρόνος*, XV 14 *τὸ βρέφος*; *c)* XXII 111 *συνέφυρε πρόσωπον*, XXV 3 *ξεῖνε πρόφρων*, 130 *Ἠελίοιο· χρόην*; *d)* XXIII 13 *τὸ πρόσωπον*, epigr. V 3 *ἀρξεῦμαί τι κρέκειν*; in parte eiusdem thesis altera: *b)* II 140 *ἐπὶ χρωτί*; *c)* XVII 107 *ἅτε πλοῦτος*, XXII 10 *κατὰ πρύμναν*, XXIV 69 *σύ με κρύπτε*, XXV 47 *δή τινα πρέσβυ*, 60 *μάλα πρός μιν*, 144 *ποτὶ πλευρά*, 249 *ἐν πυρὶ πρῶτον*; *d)* XX 22 *ποτὶ πρέμνον*, XXI 25 *τί τὸ χρῆμα*, XXIII 38 *βραχὺ κλαῦσον*, 46 *τόδε γράμμα*. — 3. in priore brevi syllaba pedis tertii: *a)* IV 60 *δειλαῖε· πρόαν*, V 4 *σύριγγα πρόαν*, 141 *Πᾶνα. φριμάσσεο*, 148 *φλασσῶ τυ πρίν*, VI 39 *βασκανθῶ δέ, τρίς*, X 18 *νύκτα χροϊξεῖθ'*, 57 *βουκαῖε πρέπει*, XI 33 *ὕπεστι, πλατεῖα*, 40 *ἀωρί. τρέφω*, 61 *ναὶ πλέων*, 73 *ταλάρως τε πλέκοις*; *b)* II 115 *χαρίεντα τρέχων*, XV 15 *τὰ πρόαν*, 88 *ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι*, 105 *πάντεσσι βροτοῖς*, XVIII 55 *ἔγρεσθαι δὲ πρὸς ἀῶ*; *c)* XIII 30 *ἔθεντο Προποντίδος*, 74 *ἠρώησε τριακοντάζυγον*, XVI 4 *οἵδε, βροτούς*, 79 *σακέεσσι βραχίονας*, 98 *Ἱέρωνι κλέος*, XVII 51 *ἦδε βροτοῖς*, 58 *ἀτίταλλε βρέφος*, 81 *τόσσα βροτῶν*, XXII 48 *στερεοῖσι βραχίοσιν*, 188 *εἴ πού τι χροός*, XXIV 85 *φωλεύοντα βρέφος*, 120 *κάμπτοντα τροχῷ*, 124 *ἐπέβαινε, χρόνῳ*, XXV 52 *ξεῖνε φραδῇ*, 69 *ὀσμῇ τε χροός*, 149 *ὑπάτοιο βραχίονος*, 156 *καρπαλίμοισι τρίβον*, 223 *σήραγγα προδείελος*, 270 *ἐξετάνυσσα βραχίονας*, XXVI 24 *περισσὰ κρεανομέοντο*, XII 1 *κοῦρε τρίτῃ*; *d)* XX 11 *μυθίζοισα τρίς*, XXI 25 *τὸ χρῆμα; χρόνον*, 43 *καλάμων δε πλάνον*, XXIII 51 *σχοινῖδα, βρόχον*; in eiusdem pedis altera brevi syllaba: *c)* XXII 22 *τὰ πρός*, 30 *κατὰ κλίμακος*, XXV 174 *τόδε τλήμεναι*; *d)* XIX 8 *τὰ δὲ τραύματα*. — 4. in priore parte thesis quartae: *b)* XV 55 *ὅτι μοι τὸ βρέφος*; in altera parte eiusdem thesis: *a)* I 54 *περὶ πλέγματι*, V 81 *δύο πρᾶν*, VII 64 *περὶ κρατί*, 147 *ἀπελύετο κρατός*, VIII 69 *οὔθατα πλήσατε*; *b)* II 130 *Κύπριδι πρᾶτον*, XIV 9 *μανείς ποκα, θρίξ*, XV 78 *ποικίλα πρᾶτον*, 81 *τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψεν*, XVIII 4 *μέγα χρῆμα*; *c)* XIII 52 *ὅπλα πλευστικός*, XXII 26 *Πολυδεύκεα πρῶτον*, 165 *ἐάσατε πρὸς τέλος*, XXV 176 *περὶ πλευρά*, 180 *ἐγὼ δέ σε φράζομαι*, 183 *Ἀπίδα κνώδαλον*, 193 *ὅττι με πρῶτον*, 237 *ὅθι πνεύμονος*, 256 *ἄνδιχα τρηχύν*, 258 *ὅγε πρίν*, 269 *μηροῖσι τε πλεύρ' ἐφύλασσον*, XII 36 *στόμα, χρυσόν*; *d)* XIX 6 *ἀλίκα τραύματα*, XXI 29 *ἐνύπνια; χρηστά*, 52 *ἀνείλκυσα χρύσεον*, 57 *τἀγκίστρια χρυσόν*; accedunt correptiones in pentametris: epigr. XII 4 *καὶ τὸ προσῆκον*, XIII 2 *ἄνθεμα Χρυσογόνης*. — 5. in quintae thesis parte priore: *a)* I 21 *τῶ τε Πριήπω*, 81 *ἦνθ' ὁ Πρίηπος*, V 51 *ταὶ δὲ τραγεῖαι*, 141 *πᾶσα τραγίσκων*, VII 15 *εἶχε τράγοιο*, IX 4 *φύλλοισι πλανῷντο*, X 2 *ὡς τὸ πρίν*; *b)* II 140 *καὶ τὰ πρόσωπα*, XV 15 *λέγομες δὲ πρόαν θην*, 67 *μή τι πλαναθῇς*, XVIII 26 *διέφανε πρόσωπον*, 35 *ὧδε κροτῆσαι*, 40 *ἁδὺ πνέοντας*, 54 *φιλότητα πνέοντες*; *c)* XIII 38 *δαίνυντο τράπεζαν*, XVI 27 *ἀλλὰ τραπέζῃ*, 39 *φιλοξείνοισι Κρεώνδαις*, XXII 71 *αἴκε κρατήσω*, 82 *ἀλλήλοισι πνέοντες*, 86 *Ἀμύκοιο πρόσωπον*, 101 *ἀπεστείνωτο προσώπου*, 102 *χερσὶ προδεικνύς*, 127 *δηλεῖτο πρόσωπον*, 159 *σφετέροισι τρέφονται*, XXIV 14 *σπείραισι δράκοντας*, 91 *σχίζαισι δράκοντε*, 118 *ἐπέκειτο προσώπῳ*, XXV 137 *λεῦσσόν τε προσώπῳ*, 225 *χαροπόν τε πρόσωπον*; *d)* XX 13 *λοξὰ βλέποισα*, XXIII 51 *ἔμβαλλε τραχήλῳ*, epigr. III 3 *κροκόεντα Πρίηπος*, IV 13 *χαρίεντι Πριήπῳ*, XIV 1 *ἥδε τράπεζα*, epigr. XIII 6 (pentam.) *ἔχουσι βροτοί*; in parte eiusdem thesis altera: *a)* I 147 *ἰσχάδα*

Theocritum adparet. apud Homerum enim, id quod Hartel primus intellexit[1]), DLXX exemplorum correptionis huius generis pars longe maxima (CCCCLXXX) in prioribus tertii et quinti pedis syllabis brevibus invenitur; in illa quidem versus sede CCII extant, in hac CCLXXVIII. cuius rei causam idem exposuit: intervallum, quod caesuris trochaicis pedum tertii et quinti efficitur, quominus muta c. l. vocalis vocis antecedentis producatur, impedimento est. atque apud Theocritum quoque eaedem versus sedes in earum sunt numero, in quibus correptiones, de quibus agitur, saepissime reperiuntur. sed longe recedit Theocritus ab usu Homeri in correptionibus in confinio singulorum versus pedum admittendis. Homerus enim excepto pede primo in dactyli fine huius modi correptiones vitavit[2]), id quod Theocritum fecisse nisi in pede tertio adfirmari nequit (sed in huius pedis fine cur paucissimae extent correptiones, inde explicandum esse videtur, quod omnino vocabuli finis hac in versus sede vitatur). in primis hac in re in censum venit altera pars thesis quintae, ubi correptionis Atticae in extremis vocabulis admissae totidem extant exempla, quot in caesura tertii pedis trochaica. apud Homerum vero in illa versus sede non plus tria huius correptionis exempla inveniuntur: *E* 462 *ἡγήτορι Θρῃκῶν*, *Λ* 572 *ἄρμενα πρόσσω*, *K* 234 *καὶ μέλι χλωρόν*.

Similiter autem atque in Theocrito res se habet etiam apud alios eius aequales velut Callimachum, qui correptiones Atticas in extremis vocibus plurimas admisit in fine pedum quarti et quinti[3]). potest vero etiam hac in re indicium conspici ponderis mutae c. l. apud huius aetatis poetas valde imminuti. sed Nonnus, qui in universum correptionis Atticae usum artioribus circumscripsit terminis, ex pedis quinti fine ita eam expulit, ut ne unum quidem huius generis exemplum in carminibus eius inveniatur[4]). quod si apud Theocritum in altera quartae thesis parte sat frequenter brevis vocalis finalis

---

τρώγοις, III 26 *Ὄλπις ὁ γριπεύς*, V 86 *εἴκατι πληροῖ*, 104 *ἔστι δὲ κρατήρ*, 124 *τὺ δε Κρᾶθι*, VI 16 *ἁνίκα φρύγει*, VII 6 *ἄνυσε κράναν*, 66 *ἐν πυρὶ φρυξεῖ*, 141 *ἔστενε τρυγών*, VIII 29 *ἤθελε κρίνειν*, 32 *ἄρξατο πρᾶτος*, 76 *ἁδὺ τὸ πνεῦμα*, 87 *ἀμολγέα πληροῖ*, IX 1 *ἄρχεο πρᾶτος*, X 19 *αὐτὸς ὁ Πλοῦτος*, XI 25 *ἁνίκα πρᾶτον*; *b*) XIV 70 *ἇς γόνυ χλωρόν*, XVIII 19 *ἵκετο χλαῖναν*; *c*) XIII 46 *πολυχανδέα κρωσσόν*, XVI 18 *ἦ γόνυ κνάμα*, 22 *ἔνδοθι χρυσός*, 33 *ἀκτήμονα κλαίων*, 62 *διαειδέι πλίνθον*, XVII 80 *βώλακα θρύπτει*, 106 *πίονι χρυσός*, XXII 87 *ἵετο πρόσσω*, 105 *αὐτὰρ ὁ πληγείς*, 110 *ἀεικέσι πληγαῖς*, 184 *ἄντυγα πρώτην*, XXIV 25 *διελάκτισε χλαῖναν*, 34 *ἐπέδραμε πράτα*, 62 *θέτο χλαῖναν*, 140 *ἕννυτο κνάμας*, XXV 44 *ἐνθάδε χρειώ*, 264 *ἔφλασα προφθάς*, XII 30 *εἴαρι πράτῳ*; *d*) XX 4 *χείλεα θλίβειν*, 7 *ῥήματα φράσδεις*, XXI 14 *οὗτος ὁ πλοῦτος*, XXIII 34 *ἁλμυρὰ κλαύσεις*.

[1]) l. c. I, p. 80 sq.

[2]) Cf. Hartel. l. c. I, p. 84.

[3]) Cf. Prahl. l. c. p. 42, Benek. l. c. p. 44.

[4]) Cf. Scheindleri 'Quaestt. Nonn'. I 21 sq.

insequente muta c. l. integra manet, ex usu caesurae bucolicae probabilis huius rei peti potest excusatio. si quis tamen huic explicationi id convenire neget, quod in Homeri carminibus, etsi frequenter reperiatur eadem caesura, tamen nisi bis (*Ψ* 186 *ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ* et *μ* 105 *ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ*) correptio, de qua agimus, non extet, primum meminerit velim ab Homero in uniuscuisque pedis fine, id quod modo exposuimus, talem correptionem vitari, deinde apud poetas bucolicos caesurae illi in universum maiorem vim inesse quam in carminibus Homericis. ac simili ratione eius rei causa, quod in priore quartae thesis parte uno loco excepto Theocritus numquam vocalem finalem ante mutam c. l. vocis insequentis corripuit, e studio vitandae caesurae pedis quarti trochaicae repetenda est.

Singularum vero liquidarum si habemus rationem, exempla supra adlata hoc modo distribuenda sunt:

cons. liquidae	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
λ	11	4	15	30	7
μ	—	—	—	—	—
ν	1	2	5	8	—
ρ	36	20	64	120	22
	48	26	84	158	29

Nullus igitur invenitur locus, quo brevis vocalis in exitu vocabuli posita insequente muta cum *μ* liquida coniuncta integra maneat, paucissimi, quibus hoc fit insequente muta cum *ν* liquida copulata. illud quidem non tam ex maiore pondere mutae cum *μ* liquida iunctae explicandum esse quam ex ipsa paucitate vocabulorum, quae ab huius modi iuncturis consonarum incipiunt, iam supra indicavi. nam non est hac in re neglegendum in mediis vocabulis, ubi correptio omnino magis vitatur, eam a Theocrito nonnumquam ante mutam cum *μ* liquida consociatam admissam esse. e locis autem illis octo, quibus *ν* consona legitur, unus tantum in edylliis bucol. (VIII 76), duo in c. XVIII. extant (vv. 40 et 54), ceteri omnes in edylliis ep. ac voces, ante quas correptio illa admittitur, sunt hae: *κνάμα* XVI 18, *κνάμας* XXIV 140, *κνώδαλον* XXV 183, *πνέοντες* XVIII 54 et XXII 82, *πνέοντας* XVIII 40, *πνεῦμα* VIII 76, *πνεύμονος* XXV 237.

Exempla autem correptionum, quae proposuimus, quin in universum sat multum differant a locis, quibus vocales finales in arsi positas productas vidimus, non potest dubitari. in his enim cum vocabula, quorum extremae syllabae producuntur, artissime cum sequentibus cohaereant, in illis cohaerentia ea iam multo laxior est. praepositiones quidem ante substantiva a

muta c. l. incipientia positae, quae in productionum exemplis sunt frequentissimae, in correptionibus octo tantum locis reperiuntur, quater quidem in altera parte thesis secundae: *b*) II 140 *ἐπὶ χρωτί*; *c*) XXII 10 *κατὰ πρύμναν*, XXV 144 *ποτὶ πλευρά*; *d*) XX 22 *ποτὶ πρέμνον*; ter in altera parte thesis quartae: *a*) I 54 *περὶ πλέγματι*, VII 64 *περὶ κρατί*, *c*) XXV 176 *περὶ πλευρά*; semel in altera brevi syllaba pedis tertii: *c*) XXII 30 *κατὰ κλίμακος*. contra saepissime substantivorum vel verborum formae voces a muta c. l. initium capientes in correptionum exemplis antecedunt; atque quater deciens vocabula, quorum in confinio vocalis corripitur, interpunctione seiunguntur (septiens fortius ac totiens lenius interpungitur), id quod in exemplis productionum nisi tribus locis, quorum unus, in quo *ν* paragogica inseri potest, minus in censum venit, non repperimus.

β.

In producendis vocalibus finalibus in thesi ante mutam c. l. conlocatis Theocritus satis angustis finibus sese continuit. inveniuntur enim huius modi productiones in carminibus eius paucissimae. sunt quidem hae: 1. in thesi prima: *a*) X 56 *ταῦτα χρὴ μοχθεῦντας ἐν ἁλίῳ ἄνδρας ἀείδειν*, *b*) XIV 56 *οὔτε κάκιστος | οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας*, 64 *οἷα χρὴ βασιλῆ᾽· αἰτεῖν δὲ δεῖ οὐκ ἐπὶ παντί*; 2. in thesi altera: *a*) VII 24 *ἦ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; ἤ τινος ἀστῶν* (hoc habent codd., *δαῖτ᾽ ἄκλητος* ed. Iunt.), *b*) XV 145 *Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον ἁ θήλεια* (Ahrens in ed. mai. ex Aderti coniect. *Πραξινόα, τὶ χρῆμα σοφ. ἁ θ.* recepit, Meineke in ed. III. scribendum esse coniecit *Πραξινόα, τί χρῆμα σοφώτερον ἡ θήλεια;*), *c*) XVII 75 *γεινόμενον τὰ πρῶτα· πολὺς δέ οἱ ὄλβος ὀπαδεῖ*, XXV 81 *ᾔδει δ᾽ ᾧ τε χρὴ χαλεπαινέμεν, ᾧ τε καὶ οὐκί*; 3. in thesi tertia: *a*) X 44 *σφίγγετ᾽ ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα, μὴ παριών τις*, *b*) II 53 *τοῦτ᾽ ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις*, *d*) XX 19 *ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον· οὐ καλὸς ἐμμί*; 4. in thesi quarta: *a*) X 29 *ἀλλ᾽ ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται*.

Hoc loco haud ineptum esse videtur in memoriam revocare iam in Homeri carminibus productiones eius generis, de quo verba fiunt, sat raras esse; in toto enim Homero non plus CV reperiuntur [1]) eaeque semper fere in thesibus prima et altera. successu autem temporum pondere mutae c. l. paulatim imminuto etiam productiones illae magis magisque rarescunt. ac Nonnus in totidem fere versibus, quot Homeri carmina exhibent, ea ratione vocales finales nisi sexiens non produxit [2]), quarum productionum quattuor ex imitatione Homeri originem traxerunt, duae nominibus propriis excusantur.

---

1) Cf. Hartelium l. c. I 85 sqq.

2) Cf. Scheindleri 'Quaestt. Nonn'. I, p. 20 sq.

etiam e locis Theocriteis, quos adtuli, plerique ad imaginem exemplorum Homericorum sunt expressi. ac primum quidem syllabam ter insequente voce χρή productam videmus, id quod apud Homerum sexiens reperitur: Δ 57 ἀλλὰ χρή = T 228, E 490 σοὶ δὲ χρή, H 331 τῷ σε χρή = I 100, ρ 417. mihi quidem nequaquam loci illi Theocritei immutandi esse videntur, id quod facile fieri posse in vv. X 56 et XIV 64 scribendo ταῦτα δὲ χρή et οἷον χρή vel οἷά γε χρή dicit Heep.[1]) in versu autem XIV 56 productio excusationem habet anaphorae. ceterum etiam apud Homerum ante adiectivum πρῶτος praeter articuli formas τό et τά alia quoque vocabula in thesi producuntur, velut Δ 424 πόντῳ μέν τε πρῶτα, cf. vv. Ξ 402; ν 133, 228; π 402 alios. locis autem, qui restant, excepto versu VII 24 omnibus articuli formae productae reperiuntur. articulus quidem in syllabis ante mutam c. l. in thesi productis iam in Homeri carminibus frequenter (viciens bis) reperitur, apud poetas vero aetatis Alexandrinae aut etiam inferiorum temporum in productionum huius generis parte longe maxima legitur [2]). singula autem exempla si spectas, in primis verba τὰ πρῶτα (XVII 75, X 29) digna sunt, quae commemorentur; his enim aeque ac verbis τὸ πρῶτον inde ab Homero omnes poetae epici ita utebantur, ut mensuram — — ⏑ servarent[3]). quae res haud dubie inde explicanda est, quod verba τὰ πρῶτα et τὸ πρῶτον unius vocabuli instar sunt. cum versu XV 145 conferri potest Hom. ν 215 ἀλλ' ἄγε δὴ τὰ χρήματ', cum productione, quae extat in c. dub. XX 19, versus Hom. A 106 μάντι κακῶν, οὐ πώ ποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας.

Multum autem abhorret a rationibus, quae in ceteris productionibus observantur, locus VII 24 ἦ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; ubi neque e voce, cuius syllaba ultima producitur, neque e vocabulo κλητός peti potest quicquam excusationis. qua de causa equidem Hillero adsentior, qui in Fritzschii ed. min., quam retractavit, ad scripturam rediit ed. Iuntinae δαῖτ' ἄκλητος, quae, cum sic in Lycidae verba iocus quidam ingeratur, sensui etiam aptissima est. neque quid de Graefii coniectura ad v. XXIV 69 prolata, quam Meineke quoque probavit (ed. III. p. 365) statuendum sit, dubium esse potest. exhibent enim h. l. plerique libri manu scripti αἰδόμενος ἐμὲ κρύπτε, cod. c autem (Ambros. 75) nil nisi αἰδόμενος κρύπτε. cum autem perspici nequiret, cur hoc loco gravior pronominis forma ἐμέ esset usurpata, Graefe scribendum esse proposuit αἰδόμενός με κρύπτε, quae lectio a Meinekio et Hartungio probata est. sed numerum productionum,

---

[1]) Cf. Quaestt. Callimach. p. 29.
[2]) Cf. Heep. l. c. p. 34.
[3]) Cf. quae de hac re exposuit A. Ludwich Ann. phil. CIX 235.

quas tractamus, exiguum coniecturis augere res sat periculosa est neque artis criticae rationibus convenit. accedit quod neque apud Homerum ante verbum κρύπτειν eius modi productio usquam extat neque Theocritus ipse alibi vocalem in thesi positam ante formas ab eadem stirpe derivatas umquam producit; sed ubique vocalis integra manet: XVI 30, XVII 120, XXIV 28, XXV 227. quae cum ita sint, praeferenda hoc loco esse videtur scriptura a Tayloro proposita *αἰδόμενος σύ με κρύπτε,* quam receperunt Ahrens (in ed. mai.) et Ziegler.

Varias vero theses si spectamus, in quibus breves vocales finales ante mutam c. l. in versu heroico producuntur, etiam apud Theocritum similiter atque in Homeri carminibus maiorem harum productionum partem in pedes primum et alterum cadere adparet. qua in re id quoque memorandum esse videtur, in productionibus, quae extant in pede tertio, omnibus articuli formas legi, in pede autem quarto productionem huius generis in solis verbis *τὰ πρῶτα* semel inveniri, quorum quae sit natura et apud poetas epicos usus, iam exposui. haec si nobiscum reputamus, ipsa se offert quaestio, quaenam ratio in producendis vocalibus finalibus in thesi positis insequente voce a duabus mutis consonis aut a liquidis *μν* incipiente a Theocrito observata sit. atque hanc in rem qui inquisiverit, mox sibi persuadebit in huius modi productionibus Theocritum isdem aut etiam severioribus legibus obtemperasse. rarissime enim vocales ea ratione productae reperiuntur eaeque semper aut in prima thesi aut in altera. in illa quidem hae extant productiones: *a)* XI 47 *ἔστι(ν) ψυχρόν*; *b)* XV 30 *ἃ δὲ σμᾶμα φέρει*; *c)* XVI 8 *αἱ δὲ σκυζόμεναι,* 27 *μηδὲ ξεινοδόκον,* XVII 24 *ὅττι σφέων,* XXII 10 *οἱ δέ σφεων,* 54 *χαῖρε ξεῖν',* 210 *ἀλλὰ Ζεύς*; *d)* XXIII 48 *ἀλλὰ στάς.* in thesi pedis alterius vocalis ratione illa his locis producitur: *c)* XIII 36 *κἤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθός,* epigr. XIII 4 (pentam.) *ξυνόν. ἀεὶ δέ σφιν*; *d)* epigr. XI 1 *Εὐσθένεος τὸ μνῆμα*[1]). id vero, quod vocales finales, sive vox a muta c. l. sive a duabus mutis consonis initium capiens sequitur, longe saepissime in duabus prioribus hexametri thesibus producuntur, nemo non videt artissime cohaerere cum spondeorum usu, quem in pedibus primo et altero latissime patere p. 21 vidimus. hac quidem in re etiam memorandum est bis Theocritum Homerum imitantem in thesi prima breves syllabas in consonas desinentes insequente pronomine personae tertiae *οἷ* produxisse: XVII 82 *τρεῖς μέν οἱ* (cf. Hom. *I* 131 *τὰς μέν οἱ*) et XXV 82 *οὐκ ἄν οἱ* (cf. Hom. *β* 249 *οὔ κέν οἱ*). eodem pertinet, quod vocula *πρίν* v. XXV 263 in thesi altera insequente voce a

---

1) De productionibus huius generis, quae apud alios poetas Graecos reperiuntur, conferas quaeso, quae exposuerunt Hilberg 'Princip d. Silbenw.' p. 20 sqq., 26 sqq et Scheindler in censura eiusdem libri, Ann. gymn. Austr. XXX 414 sqq.

vocali incipiente longae syllabae munere fungitur (cf. Hom. Z 81 *ἐπειγόμενοι, πρὶν αὖτ'*, thes. III.).

Sed Theocritus etiam in eis syllabis finalibus in consonas simplices desinentibus, quas vocabula a consonis incipientia secuntur, in thesi producendis leges observavit similes rationibus, quae valent in productionibus modo tractatis. quas leges paucis exponere h. l. haud alienum esse videtur [1]. pars vero longe maxima productionum, quae huc spectant, invenitur in thesi prima [2]. exempla cetera inter theses tres, alteram, tertiam, quartam distribuuntur: in pede quinto nulla huius generis extat productio; rationibus enim, quas versus spondiacos tractantes exposuimus, quominus in hac versus sede tale quid admitteret, poeta impediebatur [3]. ac frequentia productionum, de quibus sermo est, in singulis thesibus est haec:

theses:	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. epic.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
I thesis	42	22	58	122	19
II "	22	5	15	42	3
III "	11	4	—	15	5
IV "	5	2	10	17	1
V "	—	—	—	—	—
	80	33	83	196	28

---

[1]) Cf. quae de productionibus eiusdem generis protulerunt Hilberg l. c. p. 97 sqq., 112 sqq.; Scheindler l. c. p. 421 sqq.

[2]) *a)* I 45 *τυτθὸν δ' ὅσον*, 58 *ὦνον καί*, 71 *τῆνον μάν*, 72, 80, 138, 146, 147; III 26, 41; IV 31; V 27, 28, 77, 105; VI 21, 34, 43; VII 12, 15, 16, 55, 90, 101, 102, 106, 112, 115, 153, 154; VIII 5, 19, 22, 26, 28, 29, 30, 83; XI 1, 36, 47, 68; *b)* II 2, 77, 118, 126, 155, 159; XIV 6, 13, 17, 37, 43, 48, 69; XV 18, 22, 58, 98, 102, 128; XVIII 19, 22, 42; *c)* XIII 6, 8, 10, 22, 25, 27, 35, 64; XVI 4, 5, 53, 82; XVII 16, 30, 36, 51, 69, 70, 73, 98, 110, 111, 121, 128, 134; XXII 37, 81, 112, 115, 167, 182; XXIV 11, 107, 137; XXV 5, 13, 29, 40, 56, 77, 92, 104, 116, 137, 138, 183, 194, 197, 199, 201, 266, 273; XXVI 4, 21, 30; XII 5, 17; epigr. I 5; *d)* XIX 5; XXI 13, 14, 15, 32, 38, 44, 46, 58, 66; XXIII 24, 30, 39, 46; XXVII 7, 33; epigr. IV 5, VI 4 (pent.), XIV 3.

[3]) In thesi quidem altera hae extant productiones: *a)* I 16 *τὸν Πᾶνα*, 74 *πὰρ ποσσί*; IV 35 *τὸν ταῦρον*, 47 = I 16; V 14 = I 16, 28 *τὸ πλατίον*, 31 *οὐ γάρ τοι*, 101 *κάταντες τοῦτο*, 108 *τὸν φραγμόν*, 111 *χὐμὲς θην*, 141 = I 16; VI 21 = I 16, 35 *ἐς πόντον*, 42 *τὸν Δάφνιν*; VII 58 *τόν τ' εὗρον*, 119 *τὸν ξεῖνον*, 144 = I 74; VIII 51 *ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος*; X 29 *ἐν τοῖς στεφάνοις*; XI 18 = VI 35, 26 *σὺν ματρί*, 61 *σὺν ναΐ*; *b)* II 28 *τὸν κηρόν*; XV 8 *πάραρος τῆνος*; 58 *τὸν ψυχρόν*, 108 *ἐς στῆθος*; XVIII 13 *σὺν παισι*; *c)* XVI 83 = XI 26; XXII 57 *κοὐκ ἐκ σεῦ*, 62 *οὐδ' ἂν τοῦδε*, 211 *αὐτὸν δὲ φλογέῳ*; XXIV 63

Adparet plus quam dimidium omnium exemplorum extare in prima thesi; ad hanc numero productionum proxime accedit thesis altera; deinde secuntur theses tertia et quarta, quae hac in re nil fere inter se differunt. sed ne id quidem neglegendum est, in productionibus, quae reperiuntur in thesibus II., III., IV., eam observari posse legem, ut semper fere syllabae productae voculis monosyllabis (plerumque articuli formis aut praepositionibus) efficiantur, cum in thesi prima Theocritus multo liberius versatus sit. in tertii quidem pedis sede ictu destituta quominus syllabam finalem vocabuli plus unam syllabam exhibentis produceret, poeta ipso caesurarum usu impediebatur; sed etiam in thesibus altera et quarta tale quid rarissime reperitur. in illa quidem thesi septem id genus productiones extant: V 101, 111; XV 8; XXII 211; XXV 22, 78; XII 34, quibus de locis iam p. 26 sq. verba fecimus. in thesi quarta tres loci ita sunt comparati: XV 42, XXII 88, 109.

Ex tabella proposita elucet quoque productiones brevium syllabarum finalium in consonas desinentium frequentissimas pro rata parte esse in edylliis bucol.; atque ea res aptissime convenit usui spondeorum, quos in eadem carminum Theocriteorum parte frequentiores quam in edylliis ceteris esse in capite huius opusculi primo ostendimus.

II.

Iam in rationes inquiramus, quas Theocritus in producendis corripiendisve syllabis ante mutam c. l. mediis in vocabulis positis secutus est. qua in re in primis monendum est mutam c. l. mediis in vocibus conlocatam omnibus temporibus maiorem quandam vim retinuisse. ac de Theocrito quanto opere hoc valeat, statim adparebit. in disponenda autem materia eandem ut sequar rationem, qua usus sum in parte huius capitis priore, ipsa res suadet. qua de causa aeque ac supra

---

ἐς λέκτρον, 105 *τὸν παῖδα*, 121 *ὃν παῖδα*, 133 *πρὶν γῆρας*; XXV 22 *ἁγνὸν ξεῖνε*, 55 *σὺν παιδί*, 78 *οἷον τοῦτο*, 121 *οὐ μὲν γάρ*, 211 *τὸν χῶρον*; XII 34 *ὅστις παισί*; epigr. XII 3 *ἐν πᾶσι*; *d)* XXVII 20 = I 16, 35 id., 50 id.; — in thesi tertia hae: *a)* III 35 *ἐς κύματα*; IV 13 *τὸν βουκόλον*, 50 *ποτ τῶ Διός*; V 1 *τὸν ποιμένα*, 74 = IV 50, 90 = 1, 138 = 1; VII 2 *σὺν καὶ τρίτος*, 84 *ἐς λάρνακα*, 151 = V 1; X 37 *τὸν μὰν τρόπον*; *b)* II 65 *τίς μοι*; XV 42 *τὸν μικκόν*, 66 *δὸς τὰν χέρα*, 70 = IV 50; *d)* XX 40 = IV 3, 42 id.; XXI 56 *ἐν τὠγκίστρῳ*; XXIII 37 *τὸν τλάμονα*; XXVII 2 = IV 3; — in thesi quarta productiones inveni has: *a)* I 14 *ἐν τῷδε*; V 16 *ἐς Κρᾶθιν*; VIII 23 *τὸν δάκτυλον*, 66 *σὺν παιδί*; XI 79 *κἠγώ τις φαίνομαι*; *b)* II 56 *ἐκ βδέλλα πέπωκας*; XV 42 *μικκὸν παῖσδε*; *c)* XVI 10 *ἐν πυθμένι*; XXII 88 *ἄκρον τύψε*, 98 *ἐκ δ' ἔπτυσεν*, 109 *ἴξὺν χεῖρας*, 146 *ἐν χερσί*; XXIV 116 *οὐδ' ἂν τηλόθι*; XXV 112 *ἐν στήθεσσι*, 266 *σὺν χεῖρας ἐρείσας*; XII 1 *σὺν νυκτί*, 33 *ἐς μητέρ'*; *d)* XXI 66 *τὸν σάρκινον*.

loco priore (*A*) de productionibus in arsi, deinde (*B*) de syllabis in thesi insequente muta c. l. conlocatis quaestionem instituam.

A.

Productiones eius generis, quales h. l. tractabo, ut apud alios poetas, ita apud Theocritum extant plurimae[1]). facillime, quotiens in quoque hexametri pede syllabae producantur, hoc ex indice poterit perspici:

arses	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. epicis	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
I arsis	26	13	44	83	12
II „	17	8	35	60	5
III „	13	3	16	32	7
IV „	29	16	75	120	9
V „	28	26	39	93	6
VI „	20	14	53	87	6
	133	80	262	475	45

[1]) Cum huiusce modi exempla, si, quas secutus sit poeta rationes, accuratius velis cognoscere, omnia adferantur necesse sit, universos, qui huc spectant locos, quamvis molestum possit videri, enumerare animum induxi. inveniuntur quidem hae productiones: 1. in arsi prima: *a*) I 40 *λεπράς*, 60 *ἄχραντον*, 96 *λάθρια*, 101 *Κύπρι*, 103 *Δάφνις*, 120 id., 121 id., 135 id., III 28 *ἔγνων*, IV 37 *μακρόν*, 60 *ἀκμάν*, V 81 *Δάφνιν*, 91 *ἐκμαίνει*, 95 *λυπρόν*, 108 *ἀκρίδες*, VII 81 *κέδρον*, 104 *ἄκλητον*, 110 *δακνόμενος*, 112 *Ἕβρον*, 114 *πέτρᾳ*, 144 *ὄχναι*, 157 *δράγματα*, VIII 1 *Δάφνιδι*, 36 (pent.) = I 103, IX 23 = VIII 1, XI 16 *Κύπριδος*, 78 *κιχλίζοντι*; *b*) II 85 = III 28, 107 *ἱδρώς*, 143 *ἐπράχθη* 152 *ἀκράτω*, 164 *πότνι'*, XIV 9 *ὑβρίσδει*, 32 *ἔκλαεν*, XV 41 *δάκρυ'*, 80 = II 164, 106 = I 101, 120 *δέδμανθ'*, XVIII 24 *τετράκις*, 27 *πότνια*; *c*) XIII 50 *ἀθρόος*, 51 id., 54 *δακρυόεντ'*, 62 *νεβροῦ*, 66 *σχέτλιοι*, XVI 10 *ὀκνηραί*, 30 *ὄφρα*, 46 *ὁπλοτέροις*, 87 *τέκνοις*, 90 *ἀγρούς*, 106 *ἄκλητος*, XVII 18 *δέδμηται*, 19 *ἑδριάει*, 21 *ἵδρυται*, 33 *ὅπλα*, 35 *ἔπρεπε*, 125 = 21, XXII 22 *φάτνῃ*, 29 *Βέβρυκας*, 52 *ἄκρων*, 58 *ἄγριος*, 66 *πυγμάχος*, 77 *κόχλον*, 85 *ἱδρείῃ*, 120 *δοχμός*, 128 *μέχρι*, 176 *ὁπλοτέρω*, 200 *κεκλιμένος*, XXIV 59 *πατρός*, 104 *ἐτρέφετ'*, 124 *δίφροι*, XXV 24 *δέδμηνθ'*, 31 = XXII 128, 38 *ἀτρεκέως*, 72 *ἄγριον*, 119 *ἀφνειόν*, 224 *βεβρωκώς*, 231 *ὀκριόεν*, 270 = XXII 128, 271 *ἄπνευστον*, XXVI 17 *πέπλως*, 36 *Καδμεῖαι*, XII 26 *διπλάσιον*, epigr. XII 3 *μέτριος*; *d*) XX 39 *λάθριον*, XXI 8 *κεκλιμένοι*, 21 *ὕπνον*, XXIII 14 *ὕβριν*, 19 *ἄγριε*, 50 *ἄχρι*, 53 *νεκρός*, XXVII 38 *πατρί*, 41 = I 103, epigr. II 1 id., 4 (pent.) *νεβρίδα*, III 3 *ἀγρεύει*, IV 7 *δάφναις*, V 4 (pent.) = I 103, VI 2 (pent) *δάκρυσι*, IX 4 (pent.) *πατρίδος*. — 2. in arsi secunda: *a*) I 17 *κεκμακώς*, 30 *ἑλιχρύσῳ*, 78 *κατατρύχει*, 82 *Δάφνι*, 93 *πικρόν*, 150 *πεπλύσθαι*, V 42 *κατεβληχῶντο*, 115 *κατατρώγοντες*, VI 12 *καχλάζοντος*, 30 *ἐκνυζεῖτο*, VII 66 *κεκλιμένος*, 84 *κατεκλάσθης*, 130 *ἀποκλίνας*, 134 *νεοτμάτοισι*, IX 14 *Δάφνις*, 22 *ἐπεπλατάγησα*, X 2 *ὄγμον*; *b*) II 84 *ἐφρασάμαν*, 151 *ἀτρεκές*, XV 7 *ἄτρυτος*, 128 *Κύπρις*, 131 id., XVIII 3 *νεογράπτω*, 8 *περιπλέκτοις*, 55 *ἔγρεσθαι*; *c*) XVI 96 *ἀκρεμόνεσσιν*, 104 *Ἐτεόκλειοι*, XVII 36 *Κύπρον*, 80 *ἀναβλύζων*, 91 *ἐπιπλώοντι*, 106 *ἀχρεῖος*, 118 *Ἀτρείδαισι*, 127 *περιπλομένοισι*, XXII 14

accedunt XIII productiones, quae reperiuntur in pentametris (novem earum petitae sunt ex epigrammatis dubiae originis).

ἀποκλασθέντα, 70 *ἄεθλον*, 129 *ἀλλοφρονέων*, 151 *παρετρέψασθε*, 209 *κασιγνήτοιο*, XXIV 39 *ἀριφραδέες*, 53 *ἐνεπλήσθη*, 67 *ὑποκρίνεσθαι*, 77 *κατατρίψοντι*, 131 *Ἀδρήστοιο*, XXV 21 *ἀγριέλαιος*, 22 *ἀγνόν*, 48 *ἀγρωτῶν*, 96 = XXIV 53, 137 *ἐβρυχῶντο*, 139 *ὑπεροπλίῃ*, 148 *ἐπιβρίσας*, 161 *παρακλίνας*, 170 *ἀτρεκέως*, 190 *ὄφρα*, 196 *ἐκράανθεν*, 215 *ἐσαθρήσαιμι*, 244 = XXIV 53, 273 *τεθνειῶτος*, XII 6 *ἐλαφροτέρη*, 31 *ἐριδμαίνοντι*, fragm. Ber. 3 *ἀκρόνυχος*; *d)* XXI 6 *ἀγρευτῆρες*, 37 *ἀγρυπνίαν*, XXVII 32 *ἕδνον*, 68 *ἀνεγρομένη*, epigr. VI 2 (pent.) *διγλήνους*, VII 3 *ἕδρα*, IX 4 (pent.) *ὀθνείαν*. — 3. in arsi tertia: *a)* I 66 *Δάφνις*, 105 *Κύπριν*, 140 = 66, IV 59 *κυάνοφρυν*, VI 1 = I 66, 5 id., 42 *Δάφνιν*, VII 4 *τέκνα*, VIII 5 = VI 42, IX 1 *Δάφνι*, 2 id., X 17 *ἀλιτρόν*, 31 *τὤροτρον*; *b)* II 92 *ἐλαφρόν*, 142 *μακρά*, 151 *ἴδμεν*; *c)* XVI 12 *ἕδρα*, XVII 49 *στυγνόν*, 53 *κυάνοφρυ*, 123 *πατρί*, XXII 44 *ὑπέροπλος*, 49 *πέτροι*, 75 *κόχλον*, 100 *λυγρά*, 189 *ἄκρα*, 214 = VII 4, XXIV 5 *ὅπλον*, 22 = VII 4, XXV 92 *ἀριθμός*, 104 = VII 4, 133 *ἔκπαγλον*, 206 *ὑγρόν*; *d)* XX 34 *Κύπρις*, 44 *Κύπρι*, XXI 52 *ἄεθλον*, XXIII 5 *πικρά*, 19 *στυγνέ*, XXVII 31 = VII 4, 54 *μίτραν*. — 4. in arsi quarta: *a)* I 19 *Δάφνιδος*, 44 *ἀλιτρύτοιο*, 63 *ἐκλελαθόντα*, III 43 *Ὄθρυος*, 45 *περίφρονος*, 49 *ἄτροπον*, IV 22 *κακοχράσμων*, 63 *κακοκνάμοισιν*, V 20 = I 19, 34 *ἀκρίδες*, 36 *ποτιβλέπεν*, 40 *ἀπρεπές*, VI 35 *ἐσέδρακον*, VII 15 *δασύτριχος*, 19 *ἀτρέμας*, 34 *ἀνεπλήρωσεν*, 41 *ἀκρίδας*, 51 *μελύδριον*, 68 *πολυγνάμπτῳ*, 86 *ἐναρίθμιος*, 89 *κατεκέκλισο*, 115 *Βυβλίδος*, 146 *καταβρίθοντες*, 154 *διεκρανάσατε*, VIII 3 *πυρροτρίχω*, 58 (pent.) *ἀγροτέροις*, 90 *ἀνετράπετο*, IX 6 *ποτικρίνοιτο*, X 10 *ἀγρυπνῆσαι*, 55 *καταπρίων*; *b)* II 44 *παρακέκλιται*, 46 *ἐυπλοκάμω*, 54 *ἀγρίῳ*, 78 *ἑλιχρύσοιο*, 121 *Ἡρακλέος*, 130 *Κύπριδι*, 155 *τετράκις*, 165 *λιπαρόχροε*, XIV 38 *δάκρυα*, 41 *δίφρακος*, 42 *δικλίδος*, XV 22 *ἀφνειῶ*, 113 *πεφυλαγμένοι*, XVIII 1 *ξανθότριχι*, 9 *κατέδραθες*, 29 *ἀνέδραμε*; *c)* XIII 6 *ἄγριον*, 11 *ανατρέχοι*, 18 *προλελεγμένοι*, 28 *καθιδρυνθέντες*, 61 *ἀπόπροθι*, 64 *ἀτρίπτοισιν*, XVI 17 *ἀποτρίψας*, 35 *ἐμετρήσαντο*, 83 *πολυκλήρων*, 87 *ἀριθμητούς*, 95 *πεφυλαγμένος*, 96 *ἀράχνια*, XVII 21 *τετυγμένα*, 34 *περικλειτά*, 41 *ἐπιτρέποι*, 77 *ἔθνεα*, 94 *σεσαγμένοι*, 96 *ἀφνεόν*, 102 *ἐνίδρυται*, 130 *κασίγνητον*, XXII 20 *διέδραμον*, 24 *ἀεθλητῆρες*, 35 *ἀποπλαγχθέντες*, 41 *ἀκρόκομοι*, 43 *ἐπιβρύει*, 53 *ἀεθλοφόρος*, 88 *ἄκρον*, 93 *ἐπιβρίσας*, 104 *ὀφρύος*, 122 *Ἀμυκλαίων*, 163 *διάκριτοι*, 166 *ἐπιφραζώμεθα*, 175 *διακρινώμεθ'*, 178 *ἐυφρανέουσιν*, XXIV 44 *νεοκλώστου*, 46 *ἐνεπλήσθη*, 50 *ταλασίφρονες*, 61 *ἀκρόχλοον*, 97 *μεμιγμένον*, 117 *ἀεθλεύοντ'*, 133 *ἀποτρῖψαι*, 135 *τετυγμένα*, XXV 7 *ἐύφρονος*, 11 *πολυβότρυος*, 12 *τετυγμένοι*, 13 *περιπλήθουσι*, 16 *ὑπόδροσοι*, 26 *τετραπόλοισιν*, 29 *ἐπίφρονος*, 40 *ἐπιπρέπει*, 63 *χειροπληθῆ*, 68 *ἀπόπροθεν*, 70 *ἐπέδραμον*, 71 *Ἡρακλέι*, 102 *ἐυτμήτοισιν*, 110 *βαρύφρονος*, 131 *μετέπρεπον*, 175 *ἀριφραδέως*, 201 *ἐπικλύζων*, 228 *δεδεγμένος*, 233 *διέδρακεν*, 241 *περιγληνώμενος*, 242 *ἰγνύησιν*, 252 = 68, 262 *παραφρονέοντα*, 263 *ὑπότροπον*, 267 *ὑποδρύψῃ*, 279 *ταμεσίχροος*, XXVI 8 *νεοδρέπτων*, 12 *ἀνέκραγε*, 17 *ἰγνύαν*, XII 25 *ἀβλαβές*, 29 *Διοκλέα*, fragm. Ber. 1 *ἐπαγροσύνην*, epigr. XIII 5 *πότνια*; *d)* XX 24 *ὀφρύσι*, 32 *παρέδραμε*, 43 *Κύπριδος*, XXI 29 *ἐνύπνια*, 36 *λύχνιον*, XXIII 58 *ὕβρισε*, XXVII 51 *ἔτρεμες*, epigr. IV 4 (pent.) = XX 43, 5 *περιδέδρομεν*, 8 (pent.) *βοτρυόπαις*, XI 1 *φυσιγνώμων*. — 5) in arsi quinta: *a)* I 52 *ἀκριδοθήραν*, 54 *πλέγματι*, 55 *ὑγρός*, 97 *Δάφνι*, 100 *Κύπρι*, 123 *μακρά*, 134 *ὄχνας*, 140 *ἔκλυσε*, III 16 *ἔτρεφε*, 17 *ἄχρις*, 49 *ὕπνον*, V 57 *τετράκις*, VI 44 *Δάφνις*, VII 18 *ἀγριελαίω*, 53 *ὑγρά*, 73 = VI 44, 76 *μακρόν*, 95 *ἔπλεο*, 133 *ἐκλίνθημες*, VIII 2 = I 123, 31 = VI 44, 65 *ὕπνος*, 89 *νεβρός*, 92 = VI 44, IX 23 = III 16, XI 22 = VIII 65, 23 id., 24 *ἀθρήσασα*; *b)* II 43 *πότνια*, 69 *πότνα* (idem versus iteratur: 75, 81, 87, 93, 99, 105, 111, 117, 123, 129, 135), 147 *ἔτρεχον*, XIV 15

Numeros, quos proposui, si inspicimus, satis patet etiam huius generis productionum aliam esse in aliis versus sedibus frequentiam. ac maxime hac in re notabiles sunt arses tertia et quarta, quarum in illa rarissime, in hac saepissime syllabae ea ratione, de qua agitur, producuntur; in quarto enim pede quadruplex fere numerus productionum, quae extant in arsi tertia, reperitur. prorsus similiter res se habet etiam apud Callimachum, ubi ex CCXCVII eiusdem generis productionibus extant XVII in pede tertio, XCII in pede quarto [1]).

Arsis quidem pedis quarti, in qua etiam vocales in confinio vocabulorum positas saepissime vidimus productas, in universum aptissima poetis esse videbatur ad infirmiores syllabarum productiones admittendas. eius autem rei causa, quod in arsi tertia paucissimae productiones muta c. l. factae reperiuntur, nequaquam ita explicanda est, quasi in hac versus sede illae propter infirmitatem suam a poetis essent vitatae; verum aliae rationes circumspiciendae sunt. ac primum quidem non est neglegendum, cum semper fere versus heroicus in pede tertio aut post arsim aut post priorem thesis

βίβλινον, 41 ἔδραμε, XV 60 τέκνα, 72 ἀθρόος, 97 πολύιδρις, 112 ἄκρα, 117 ὑγρῷ, 132 ἀθρόαι, 142 = 112, XVIII 6 Ἀτρέος, 45 ὑγρόν, 50 κουροτρόφος; *c)* XIII 2 τέκνον, 21 εὔεδρον, 23 εἰσέδραμε, 44 ἀγροιώταις, XVI 10 πυθμένι, 82 = II 43, XVII 31 κεχαραγμένον, 36 = II 43, 45 = II 69, 63 πατρί, 71 ἔκλαγε, XXII 29 = XV 60, 36 ἄγριον, 48 ἄκρον, 204 = XIV 41, 221 μειλίγματα, XXIV 28 λυγρά, 33 ἔκλυσιν, 34 ἐπέδραμε, 86 νεβρόν, 98 ἀβλαβές, 106 ἄγρυπνος, 127 ἀναμετρήσασθαι, XXV 23 = XIII 44, 31 ἀκρωρείης, 67 ἴδμεναι, 135 ἀγροτεράων, 152 ὑπέροπλον, 154 Ἡρακληείη, 168 = XIII 44, 216 ἴχνια, 254 δίπλακα, 257 ἀγριέλαιον, XXVI 3 ἄγρια, XII 9 ἔδραμον, 13 ὠμυκλαϊάσδων, 26 ἐπιμετρον, 31 = XV 112, epigr. I 1 κατάπυκνος, 4 (pent.) ἀγλάισε, 6 (pent.) ἀκρεμόνα; *d)* XIX 2 = XV 112, XX 6 = XXVI 3, XXI 1 τέχνας, 23 = I 123, XXIII 11 = XXVI 3, XXVII 6 ὄφρα, epigr. III 6 (pent.) καταγρόμενον, XVI 6 (pent.) λυγρότατα. — 6. in arsi sexta: *a)* I 16 ἄγρας, 17 πικρός, 77 Δάφνι, 128 μελίπνουν, III 18 κυάνοφρυ, 35 μελανόχρως, V 95 μελιχραί, VII 17 πέπλος, 33 μέτρῳ, 60 ἄγρα, VIII 11 ἄεθλον, 12 id., IX 23 ἀγρός, 27 κόχλῳ, 33 ὕπνος, X 35 ἀμύκλας, 48 = IX 33, XI 17 πέτρας, 32 μακρά, 40 νεβρώς; *b)* II 20 τέτυγμαι, 23 δάφναν, 46 Ἀριάδνας, 102 λιπαρόχρων, 108 ὕπνῳ, 109 τέκνα, 124 ἐλαφρός, 127 μοχλῷ, 132 μέλαθρον, XIV 35 πέπλως, XV 45 ἄμετροι, 72 ὄχλος, 125 ὕπνω, XVIII 10 φίλυπνος; *c)* XIII 31 ἄροτρα, XVI 16 ἀθρεῖ, 49 ἔγνω, 60 μετρεῖν, 89 κατάκρας, 90 ἀνάριθμοι, 96 ἀράχναι, XVII 19 αἰολομίτρας, 30 φαρέτραν, 44 πατρί, 114 τέχνας, 122 ἴχνη, XXII 4 = II 109, 37 πέτρῃ, 45 πυγμαῖς, 67 τέχνης, 74 ἀέθλῳ, 104 πυγμῇ, 147 θύγατρας, 157 πτολίεθρα, 185 ἀκμάς, 201 διαπρό, 204 = IX 33, 212 ἐλαφρῷ, XXIV 7 ὕπνον, 8 = II 109, 10 = IX 33, 23 ἀνέγνω, 31 ἄδακρυν, 66 νεοχμόν, 114 τέχνᾳ, 126 ἀμυχμόν, 135 πατρός, XXV 1 ἀροτρεύς, 33 ἀγροῦ, 51 = 1, 57 ἀγρῶν, 75 ὑλαγμοῦ, 97 ἀγροί, 114 ἔδνον, 130 κύκνοι, 150 δαΐφρων, 153 ἀγρούς, 164 ἀκμῆς, 181 ἔπεφνες, 204 = VIII 11, 206 = XVII 30, 237 ἕδρῃ, 249 δίφρῳ, 265 = XVII 30, 280 ὄλεθρος, XII 27 ἐρετμοῖς, fragm. Ber. 2 ἄροτρα; *d)* XXI 4 = XXIV 7, 44 ὕπνοις, XXIII 7 ἀμάρυγμα, 17 μελάθροις, 38 δάκρυ, 55 νεκρῷ.

[1]) Cf. Benek. l. c. p. 42.

partem incidatur, productiones illas nisi in versibus caesura pedis tertii trochaica instructis locum habere non potuisse. si autem hanc caesuram versui servare volebat poeta, productiones, de quibus loquimur, in prioribus tantum bisyllaborum vocabulorum syllabis aut in paenultimis vocum plus duas syllabas continentium admittendae erant. hoc igitur modo usus productionum illarum in arsi tertia satis angustis circumscribitur cancellis.

Quotiens quaeque consonarum liquidarum in exemplis, quae congessi, reperiatur, ex hac tabula adparet:

cons. liquidae	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
λ	22	10	53	85	3
μ	8	4	29	41	1
ν	41	25	38	104	15
ϱ	64	41	144	249	35
	135	80	264	479	54

B.

Accedamus ad exponendas rationes, quas Theocritus in producendis aut corripiendis syllabis, quae mediis in vocabulis insequente muta c. l. in thesi positae leguntur, observasse videtur. qua in re in universum Theocritus multum differt ab Homero. hic enim cum vocales mediis in vocibus ante mutam c. l. conlocatas etiam in thesi plerumque producat ac paucis tantum in vocabulis corripiat[1]), apud Theocritum syllabae, quarum eadem est condicio, multo saepius corripiuntur quam producuntur[2]). sed inferioribus temporibus nonnulli poetae epici, velut Quintus Smyrnaeus[3]), saepius etiam admittebant correptiones. contra Nonnus mediis in vocibus vocales ante mutam c. l. semper produxit exceptis vocabulis *Ἡρακλέης, Ἀφροδίτη, ἀλλοτρίου* (-η), *ἀλλοπρόσαλλον, Ἀμφιτρύων,* in quibus usum Homericum secutus correptionem sibi concessit[4]).

Quod autem ad disponendam materiam adtinet, priore loco (α) de syllabis productis agere mihi liceat, altero (β) exponam de correptionibus.

α[5]).

Productiones syllabarum, quae h. l. in censum veniunt, inter singulas theses hunc in modum distribuuntur:

---

1) Cf. Hartel. I 80 sq.

2) De frequentia huius generis correptionum apud poetas elegiacos paulatim aucta cf. Sitzleri 'Studien zu Theognis' p. 4.

3) Cf. quae de hoc poeta exposuit Ludwich Ann. phil. CIX 233 sqq.

4) Cf. Scheindleri 'Quaest. Nonn'. I 64.

5) Exempla, in quibus syllabae in thesi positae producuntur, sunt haec: 1. in thesi prima: *a)* III 15 *ἔγνων*, IV 36 *ὀπλᾶς*, XI 72 *Κύκλωψ*; *b)* II 5 *ἔγνω*; *c)* XIII 70

theses	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
I thesis	3	1	4	8	4
II „	15	4	16	35	6
III „	7	2	12	21	—
IV „	6	2	19	27	1
V „	—	1	12	13	1
	31	10	63	104	12

quattuor huius modi correptionis exempla inveniuntur in pentametris; quorum unum extat in epigrammatis dubiae originis.

Etiamsi nulla versus sede has productiones exclusas videmus, tamen in primis pedem alterum Theocrito aptum ad illas admittendas visum esse tabula, quam proposui, satis docemur. atque idem apud alios quoque poetas observare licet, velut apud Callimachum [1]), Quintum Smyrnaeum [2]), Nonnum [3]). explicanda quidem ea res inde esse videtur, quod poetae Graeci in altero

Ἡρακλῆα, XXII 142 *δίφρων*, XXV 65 *ὄκνῳ*, 114 *ἐκπάγλως*; *d)* XX 34 = II 5, XXI 42 *πέτρᾳ*, XXIII 41 *νεκρῷ*, 52 *ἕδραν*. — 2. in thesi altera: *a)* I 8 *πέτρας*, 33 *πέπλῳ*, 100 *Δάφνις*, IV 8 *Ἡρακλῆι*, V 51 *ὕπνῳ*, 137 *κύκνοισι*, VII 32 *εὐπέπλῳ*, 150 = IV 8, VIII 8 = I 100, 38 (pent.) id., 55 *πέτρᾳ*, 71 = I 100, 93 *ἄκρηβος*, IX 16 *πέτραισιν*, 26 id., XI 72 *Κύκλωψ*; *b)* II 1 *δάφναι*, 131 *Κύπριν*, 133 *ἡμίφλεκτον*, XVIII 51 *Κύπρις*; *c)* XIII 37 = IV 8, XVII 20 *Ἡρακλῆος*, 29 *εὐόδμοιο*, XXII 122 *ἔβλαψεν*, 185 *ἄκρας*, XXIV 21 *ἐξέγροντο*, 44 *ὡριγνᾶτο*, 95 = I 8, 134 *Ἡρακλῆα*, XXV 6 *ζαχρεῖον*, 23 *σταθμοί*, 28 *ἱκνεῦνται*, 182 *εὔυδρον*, 208 *αὐτόφλοιον*, 220 *σταθμούς*, 242 *μακρήν*, epigr. I 4 (pent.) *πέτρα*, XIII 2 (pent.) *ἁγνῆς*; *d)* XXI 31 *ἄγραν*, 66 *ὕπνων*, XXIII 17 *ἔκλαιε*, XXVII 53 *πέπλους*, epigr. II 1 *λευκόχρως*, III 6 (pent.) *ὕπνου*, IV 3 = XXV 208. — 3. in thesi tertia: *a)* I 27 *κεκλυσμένον*, 101 *Κύπρι*, V 120 *πικραίνεται*, VII 7 *πέτρᾳ*, 44 *πεπλασμένον*, 112 *τετραμμένος*, IX 30 *ἄκρας*; *b)* II 5 *τεθνάκαμες*, XVIII 47 *γεγράψεται*; *c)* XVI 63 *βεβλαμμένον*, 77 *ἄκρον*, XVII 104 *πατρώια*, XXII 71 *κεκλήσεαι*, XXIV 20 *λιχμώμενοι*, 61 *ἀκρόχλοον*, 84 *κεκλήσεται*, 104 *κεκλημένος*, 111 *ἑδροστρόφοι*, XXVI 10 *πέτρας*, XII 36 *πέτρῃ*, epigr. I 3 *δάφναι*. — 4. in thesi quarta: *a)* I 39 *πέτρα*, 46 *βέβριθεν*, 72 *ἔκλαυσε*, 95 *Κύπρις*, III 23 *εὐόδμοισι*, V 19 *ἔκλεψε*; *b)* II 139 *ἔκλιν'*, XV 45 *ἀνάριθμοι*; *c)* XVI 12 *ἄπρηκτοι*, 41 *στυγνοῦ*, 64 *ἀνάριθμος*, 73 *κεχρήσετ'*, XVII 122 *ἐκμάσσεται*, XXII 69 *κεκλήσεθ'*, 147 *ἕδνωσε*, 151 *ἐκλέπτετε*, 164 *πατρώιον*, XXIV 108 *ἀφνειός*, XXV 61 *τέτμοιμεν*, 101 *κεχρημένος*, 157 *σταθμῶν*, 194 *στάθμην*, 203 *ἄτλητα*, 217 *ὠρυγμοῖο*, 226 *περιλιχμᾶτο*, 244 *ἔφριξαν*, XXVI 18 *κέχρησθε*; *d)* XXIII 17 *στυγνοῖσι*. — 5. in thesi quinta: *b)* XV 27 *αἰνόθρυπτε*; *c)* XIII 42 *ἄγρωστις*, XVII 26 *Ἡρακλείδας*, 27 *Ἡρακλῆα*, 82 *ἐνδέδμηνται*, XXII 100 *γναθμούς τε*, XXIV 2 *Ἰφικλῆα*, 16 = XVII 27, 54 id., 61 = 2, XXV 110 *Ἡρακλῆος*, 143 *Ἡρακλῆι*, 191 = 110; *d)* XXI 55 *Ἀμφιτρίτης*.

[1]) Cf. Benek. l. c. p. 43.

[2]) Cf. Ludwich l. c. p. 246 sq.

[3]) Cf. Scheindler l. c. p. 60 sqq.

versus heroici pede non minus adamarunt spondeum quam in primo [1]. id vero, quod in pede primo eiusdem generis productiones sat paucae reperiuntur, huic explicationi non repugnat. syllabae enim mediis in vocibus productae omnino minus aptae sunt, quae in thesi prima ponantur. nam hoc si fit, semper aut alterum locum in vocabulo a longa syllaba incipiente teneat eius modi syllaba necesse est, aut in versus initio vocula conlocanda est monosyllaba.

Proxime ad thesim alteram, si frequentiae productionum, de quibus sermo est, rationem habemus, accedit thesis quarta, eodemque modo res se habet etiam in aliorum, quos commemoravi, poetarum carminibus. apud Theocritum vero, si frequentiam caesurae bucolicae respexeris usumque spondeorum in pede quarto restrictum, primo obtutu illud mirum videri potest. sed inter varia carminum genera hac in re sat magnum intercedit discrimen. edyllia enim generis bucol. et mim., quibus carmina epica incisionis bucolicae frequentia multo superantur, in vv. MCCCXIX non plus VIII eius modi productiones in pede quarto exhibent; carmina autem epica in vv. MLVIII habent productiones XIX.

Vocales vero, quae in thesi tertia mediis in vocibus muta c. l. insequente producuntur, omnes extant in vocabulis aut spondei formam aut ionici a maiore exhibentibus, id quod studio vitandae caesurae pedis quarti trochaicae explicandum est; eandem rationem hac in re secutus est Callimachus [2].

Productiones denique, quae extant in thesi quinta, omnes fere leguntur in edylliis epicis, in quibus versuum spondiacorum usum latissime patere supra vidimus.

Iam indicem productionum, quas conlegi, proponam ita comparatum, ut non solum quotiens quaeque ex consonis liquidis, sed etiam quotiens singulae consonarum mutarum cum liquidis iuncturae in exemplis illis reperiantur, ex eo eluceat:

consonarum iuncturae	in cc. buc.	in cc. mim	in cc. epicis	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
βλ	—	—	2	2	—
γλ	—	—	1	1	—
κλ	7	1	18	26	1
πλ	4	—	1	5	1
τλ	—	—	1	1	—
φλ	—	1	1	2	1
	11	2	24	37	3

[1]) De Theocriti versu hoc demonstravimus p. 21. in Homeri et Quinti Smyrnaei carminibus rem ita se habere ostendit A. Ludwich Ann. phil. CIX 247 sq. ac nuper in libro 'Aristarchs Homer. Textkrit'. II 326 sqq., ubi etiam in versus omnium poetarum epicorum, qui inferioribus temporibus floruerunt, inquirit.

[2]) Cf. exempla Callimachea, quae congessit Heep l. c. p. 36.

consonarum iuncturae	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. epicis	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
γμ	—	—	1	1	—
δμ	1	—	2	3	—
ϑμ	—	1	6	7	—
κμ	—	—	1	1	—
τμ	—	—	1	1	—
χμ	—	—	2	2	—
	1	1	13	15	—
γν	1	1	2	4	3
δν	—	—	1	1	—
ϑν	—	1	—	1	—
κν	1	—	2	3	—
πν	1	—	—	1	2
φν	4	1	2	7	—
	7	3	7	17	5
βρ	1	—	—	1	—
γρ	—	1	2	3	1
δρ	—	—	2	2	1
ϑρ	—	1	—	1	—
κρ	3	—	4	7	1
πρ	2	2	1	5	—
τρ	7	—	6	13	1
φρ	—	—	2	2	—
χρ	—	—	4	4	1
	13	4	21	38	5

Sed his ex numeris tum demum accuratius cognosci poterit discrimen, quod in huius modi productionibus inter varias consonas liquidas intercedit, ubi illos comparaverimus cum numeris, quibus indicatur, quotiens quaeque liquida mutam subsequens in thesi reperiatur posita, sive producitur antecedens vocalis brevis sive manet integra.

Atque si omittimus edyllia originis incertae, legitur vocalis in thesi ante mutam cum λ coniunctam posita locis LXXV, producitur ll. XXXVII vel 49·3 %, corripitur ll. XXXVIII vel 50·7 %; ante mutam cum μ liquida coniunctam vocalis brevis invenitur in thesi ll. XXII, producitur ll. XV vel 68·2 %, corripitur ll. VII vel 31·8 %; mutam cum liquida ν copulatam antecedit vocalis brevis in thesi conlocata ll. XXXIX, producitur ll. XVII vel 43·6 %,

corripitur ll. XXII vel 56·4 %; mutam denique cum ϱ liquida coniunctam praecedit vocalis brevis in thesi posita ll. CXXXVII, producitur ll. XXXVIII vel 27·7 %, corripitur ll. XCIX vel 72·3 %.

Saepissime igitur pro rata parte reperiuntur syllabarum productiones, de quibus agitur, ante mutam cum μ liquida copulatam, rarissime in exemplis, quae habent liquidam ϱ. multum vero hac in re Homeri exemplum valuisse consentaneum est. in carminibus enim Homeri, cum syllaba brevis insequente muta cum ϱ liquida coniuncta etiam mediis in vocibus saepe integra maneat, nullum eius modi correptionis exemplum ante mutam cum μ copulatam invenitur[1]). uno tantum loco tale quid exhibent libri manu scr., η 89 *ἀϱγύϱεοι δὲ σταθμοὶ ἐν χαλκέῳ ἕστασαν οὐδῷ*, sed iam Barnes h. l. e coniectura legendum esse proposuit: *σταθμοὶ δ' ἀϱγύϱεοι*, quam scripturam hisce temporibus omnes fere receperunt editores; W. C. Kayser maluit *ἀϱγύϱεοι σταθμοί*. neque apud poetas elegiacos umquam vocalis productio sequente muta cum μ liquida neglegitur[2]).

β.

Syllabarum mediis in vocabulis insequente muta c. l. correptarum[3]) frequentia in singulis hexametri sedibus est haec:

---

[1]) Cf. La Rochii 'Homer. Untersuch.' p. 4.

[2]) Cf. C. Goebelii 'De correptione Attica' Argentor. 1876, p. 12.

[3]) Reperiuntur eius modi correptiones his locis: 1. in priore parte thesis primae: *b*) XV 19 *ἑπταδϱάχμως*, 140 *Πατϱοκλῆς*, XVIII 51 *εὐτεκνίαν*; *c*) XIII 55 *Ἀμφιτϱυωνιάδας*, XVI 31 *ἀκλεής*, XXII 146 *ἀλλοτϱίας*, XXIV 1 *Ηϱακλέα*, 5 *Ἀμφιτϱύων*, 25 *Ἰφικλέης*, 27 *Ἡϱακλέης*, 62 = 5, 103 = 27, 121 = 5, XXV 71 *Ἀμφιτϱυωνιάδη*, 113 = XIII 55, 152 *Ἀμφιτϱυωνιάδαο*, epigr. XIII 1 *ἡ Κύπϱις*; *d*) XXVII 43 *ἄκϱα*; in eiusdem thesis parte altera: *a*) XI 45 *δάφναι*; *b*) XIV 66 *ἄκϱον*, XV 16 *νίτϱον*, 19 *ἑπταδϱάχμως*, 140 *Πατϱοκλῆς*; *c*) XXII 196 *ἄκϱην*. — 2. in priore parte thesis alterius: *a*) V 123 *κυκλάμινον*, VI 37 *κέκϱιται*, VII 41 *βάτϱαχος*, X 52 *βατϱάχῳ*; *b*) XIV 17 *κοχλίας*, XV 81 *ζῳογϱάφοι*, XVIII 53 *εὐπατϱιδᾶν*; *c*) XIII 5 *ὡμφιτϱύωνος*, 64 *χἠϱακλέης*, XVII 90 *Κυκλάδεσσιν*, 99 *ἀλλοτϱίαισι*, XXII 91 *Βέβϱυκες*, XXIV 35 *Ἀμφιτϱύων*, 43 *κεδϱίνου*, 91 *ἀγϱίαισιν*, epigr. XIII 3 *Ἀμφικλέους*; *d*) XXI 33 *ὀνειϱοκϱίτας*, 37 *ἀγϱυπνίαν*; in parte eiusdem thesis altera: *a*) IX 13 *πατϱός*, X 37 *τϱύχνος*, XI 37 *ἄκϱῳ*; *b*) XIV 39 *τέκνοισιν*, XV 3 *ποτίκϱανον*, 44 *ὄχλος*, XVIII 31 *ῥοδόχϱως*; *c*) XVII 27 *ἀϱιθμεῦνται*, 120 *κέκϱυπται*, XXII 112 *ἱδϱῶτι*, 179 *νεκϱῶν*, XXV 3 *πϱάφϱων*, epigr. X 2 (pent.) *Ξενοκλῆς*; *d*) XXIII 23 *κατέκϱινας*, epigr. VI 6 (pent.) *τέφϱα*, VII 4 (pent.) *πατϱός*. — 3. in parte thesis tertiae priore: *a*) VIII 74 *ἐκϱίθην*; *b*) XV 49 *κεκϱοτημένοι*; *c*) XVII 44 *τέκνα*, XXII 110 *Βεβϱύκων*; in altera eiusdem thesis parte: *a*) VI 15 *διαθϱύπτεται*, VIII 67 *ὀκνεῖθ'*, 72 *σύνοφϱυς*, X 7 *πέτϱας*, 10 *ἀγϱυπνῆσαι*, 19 *τυφλός*, XI 31 *ὀφϱῦς*, 57 *ἐϱυθϱά*; *b*) XV 5 *ὄχλῳ*, 40 *τέκνον*, 54 *διαχϱησεῖται*, 59 *ὄχλος*, 68 *ἀπϱίξ*, XVIII 5 *κατεκλᾴξατο*, 34 *μακϱῶν*; *c*) XIII 16 *ἔπλει*, 26 *τετϱαμμένον*, XVI 30 *κεκϱυμμένος*, 43 *μακϱούς*, 104 *θύγατϱες*, XVII 20 *ἕδϱα*, XXII 27 = X 7, 45 *τεθλασμένος*, 81 *μακϱούς*, 126 *πυκνοί*, 194 *ἀκϱιβής*, 199 *πατϱός*, XXIV 47 *ὕπνον*, 52 *λύχνοις*, 55 = XV 68, 77 *ἀκϱέσπεϱον*, 82 *πεπϱωμένον*, XXV 35 *κεχϱημένος*, 145 *ἐδϱάξατο*; *d*) XXI 28 *μακϱάν*

theses	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
I 1	—	3	14	17	1
I 2	1	4	1	6	—
II 1	4	3	9	16	2
II 2	3	4	5	12	—
III 1	1	1	2	4	—
III 2	8	7	19	34	2
IV 1	5	5	9	19	2
IV 2	1	1	2	4	2
V 1	5	6	10	21	4
V 2	12	12	9	33	4
	40	46	80	166	17

addenda sunt X correptionum exempla, quae reperiuntur in pentametris; quorum novem extant in epigrammatis originis dubiae.

Frequentissimae sunt correptiones in pede quinto, in quo solo LIV invenies; in eodem pede etiam vocales finales ante voces a muta c. l. incipientes saepissime corripi supra vidimus. videtur hoc cohaerere cum ea

48 περικλώμενον. — 4. in priore parte thesis quartae: *a*) I 113 Δάφνιν, 116 Δάφνις, VIII 6 Δάφνι, 20 πατρός, IX 23 id.; *b*) XV 2 δίφρον, 14 πότνιαν, 53 ἄγριος, XVIII 51 Κύπρις, 53 εὐπατρίδας; *c*) XIII 52 ὅπλα, XVII 43 ἀλλοτρίῳ, XXII 77 Βέβρυκες, 149 ἀλλοτρίοις, 167 ὑγρόν, XXIV 15 σταθμά, XXVI 22 ὠμοπλάτα, XII 6 νεβρός, epigr. XIII 3 τέκνα; *d*) epigr. III 1 = c VIII 6, IV 2 (pent.) ἀρτιγλυφές, 14 (pent.) Δάφνιδος, XI 5 τεθνεώς; in altera quartae thesis parte: *a*) XI 7 Κύκλωψ; *b*) XV 99 διαθρύπτεται; *c*) XXII 211 συνέφλεξε, XXV 250 τανύφλοιος; *d*) XXIII 19 ἀνάθρεμμα, epigr. IV 10 (pent.) ποικιλότραυλα, XIV 3 ὀθνεῖα. — 5. in priore quintae thesis parte: *a*) I 138 Ἀφροδίτα, VII 55 -ας, VIII 74 πικρόν, 82 Δάφνι, X 33 Ἀφροδίτα; *b*) II 7 = I 138, 30 = VII 55, XIV 23 λύχνον, 61 ἄκρον, XV 40 δάκνει, 101 = I 138; *c*) XVI 49 Κύκνον, 96 ὅπλ' ἀράχναι, XVII 45 = I 138, XXII 170 πατρός, XXIV 56 Ἀμφιτρύωνα, 104 Ἀμφιτρύωνος, 106 ἄγρυπνος, XXV 247 ἴδρις, 249 κύκλα, XXVI 23 ῥυθμός; *d*) XIX 4 = X 33, XXIII 52 ἐκρεμάσθη, 53 νεκρόν, XXVII 63 = X 33; in altera quintae thesis parte: *a*) III 38 ἀποκλινθείς, 44 ἐκλίνθη, IV 59 ἐκνίσθη, V 2 ἔκλεψεν, 42 ἐτρύπη, VII 74 ἐθρήνευν, VIII 16 ἀριθμεῦντι, 24 διέτμαξεν, X 6 ἀποτρώγεις, 27 μελίχλωρον, 39 ἐμέτρησεν, XI 38 Κυκλώπων; *b*) II 64 δακρύσω, XIV 18 ἄκρατον, 48 ἀριθμητοί, XV 5 τεθρίππων, 18 Διοκλείδας, 30 ἄπληστε, 43 ἀπόκλαξον, 77 ἀποκλάξας, 78 ἄθρησον, 81 ἔγραψαν, 147 = 18, XVIII 12 ἐχρῆν τυ; *c*) XIII 72 ἀμιθρεῖται, XVI 53 Κύκλωπος, XVII 136 ἀπόβλητον, XXII 133 κικλήσκων, 205 πατρώη, XXIV 28 κέκρυπται, 35 ὀκνηρόν, 109 ἔπλασσε, XXV 227 ἐκρύφθην; *d*) XX 36 ἔκλαυσεν, 41 ἐπλάγχθης, epigr. III 1 κεκμακός, V 6 (pent.) ὕπνον, VIII 3 ἱκνεῖται, 4 (pent.) κέδρον, 6 (pent.) τέχνην, XIV 4 (pent.) ἀριθμεῖ.

re, quod in sede versus heroici quinta dactyli usus latissime patet. atque memorandum est hac in causa in edylliis generis epici, in quibus versus spondiaci frequentiores sunt, correptiones in pede quinto, id quod ex tabula proposita elucet, pro rata parte rarius reperiri.

In universum autem si correptionum, quas tractamus, frequentiae in variis carminum Theocriteorum generibus rationem ducimus, rarissimas illas in edylliis bucol. esse eadem tabula docemur. atque hoc quoque cum spondeorum frequentia, quae in cc. bucol. est maxima[1]), congruit. praecipue in cc. I., III.—VII. correptiones illae rarae sunt, paulo frequentiores in edylliis VIII.—XI., nullum autem carmen eis prorsus caret.

Variarum vero liquidarum quae sit in correptionibus adlatis frequentia, paucis quidem iam indicavi (p. 89 sq.); accuratius autem id cognosci poterit ex hoc hoc indice, in quo aeque ac supra exempla, quae huc pertinent, per singulas consonarum iuncturas digeram:

consonarum iuncturae	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
βλ	—	—	1	1	—
γλ	—	—	—	—	1
ϑλ	—	—	1	1	—
κλ	6	7	9	22	2
πλ	—	1	5	6	1
φλ	1	—	2	3	—
χλ	1	4	—	5	—
	8	12	18	38	4
ϑμ	1	1	3	5	1
κμ	—	—	—	—	1
τμ	1	—	—	1	—
χμ	—	1	—	1	—
	2	2	3	7	2
ϑν	—	—	—	—	2
κν	2	4	5	11	1
πν	—	—	2	2	2
τν	—	1	—	1	—
φν	4	—	1	5	2
χν	1	1	1	3	1
	7	6	9	22	8

[1]) Cf. p. 8 sq., 15, 21.

consonarum iuncturae	in cc. buc.	in cc. mim.	in cc. ep.	in omnibus Theocr. cc. gen.	in cc. dub.
βρ	—	—	3	3	—
γρ	1	3	2	6	—
δρ	—	1	5	6	1
θρ	3	3	1	7	1
κρ	4	7	12	23	5
πρ	—	1	3	4	—
τρ	10	4	21	35	2
φρ	5	4	2	11	3
χρ	—	3	1	4	—
	23	26	50	99	12

ante *τλ, γμ, δμ, γν, δν* numquam reperitur syllaba correpta.

Magnam vero harum correptionum partem (LIII) ita comparatam esse adparet, ut syllaba correpta aut in ipsa vocabuli compositi commissura extet aut ea *α* sit, quod privativum dicunt, aut augmenti aut reduplicationis vocalem contineat. atque eandem rationem ab Homero quoque esse observatam La Rochii libro, quem supra adtuli, inspecto facile intelleges [1]). correptiones quidem id genus illis simillimae sunt correptionibus, in quibus vocales correptae in extremis vocabulis conlocatae sunt, eademque de causa omnium, quae mediis in vocibus reperiuntur, correptionum illae sunt lenissimae [2]).

Deinde in exemplis sat multis (XLVIII) nominum propriorum formae leguntur, quas non eiusdem atque cetera vocabula iuris esse satis constat: *Ἀμφῐκλέους, Ἀμφῐτρύων, —ωνος, —ωνα, Ἀμφῐτρυωνιάδης, —αο, —η, Ἀφροδίτα, —ας, —ᾳ, Βέβρυκες, —ων, Δάφνις, —ιδος, —ι, Διὸκλείδας, Ἡρᾰκλέης, —έα, Ἰφῐκλέης, Κῠκλάδεσσιν, Κῠκλωψ, —ώπων, Πᾰτρὸκλῆς.* huius vero generis correptiones etiam ceteri poetae Graeci omnes exhibent, velut Homerus *Ἀμφῐτρύωνος* *E* 392, *λ* 266 cett. *Ἀφροδίτη* *E* 370, 375 cett., *Πάτρὸκλε* *T* 287. in voce autem *Κύκλωψ* apud Homerum *υ* semper producitur; nominativus *Ἡρακλέης* ibidem omnino non reperitur, cum semper dicatur *βίη Ἡρακληείη* vocali *α* producta; sed legitur ille apud Hesiodum Theog. v. 527, apud Apollon. Rhod. Arg. *Α* 349, 426, 864 cett., apud Quintum Smyrnaeum Posthom. IV 448, V 645, VI 230 cett., apud Nonnum Dionys. XI 227, XXV 196, XXIX 240 cett.

---

1) De poetis eleg. cf. Goebelium l. c.; Sitzleri 'Studien zu Th.' p. 4.

2) Cf. Westphalii 'Metrik der Griechen²' II 83 sq.

Correptionum autem, quae neque in nominibus propriis extant neque ratione priore loco exposita leniuntur, pleraeque ante mutas cum liquidis ϱ aut ν coniunctas inveniuntur; e vocibus enim, in quibus vocalis insequente muta cum μ vel λ liquidis copulata corripitur, hae tantum h. l. in censum veniunt: ἀρἴθμεῦντι, —εῦνται, —ητοί, — εῖ (VIII 16; XIV 48, XVII 27, epigr. dub. XIV 4), ἑπταδρᾰ́χμως (XV 19), πότμος (epigr. dub. IX 3), ῥῠθμός (XXVI 23), στᾰθμά (XXIV 15); κŏχλίας (XIV 17), κύκλα (XXV 249), κῠκλάμινον (V 123), ὅπλα (XIII 52, XVI 96), ŏχλος, —ω (XV 5, 44, 59), τῠφλός (X 19).

Si correptionum exempla, quae supra congessi, comparaveris cum locis, quibus vocales insequente muta c. l. producuntur, fugere te vix poterit nonnumquam in vocibus ab una eademque stirpe derivatis vocalem modo produci modo corripi. atque huius modi vocabula ut accuratius inspiciamus reliquum est. qua in re monitum velim earum productionum, quae in arsi extant, cum propter ipsam arsis vim aliter sint comparatae, nullam me habere rationem, sed earum modo, quae reperiuntur in thesi. voces autem, quae huc spectant, per singulas digeram consonas liquidas:

λ.

ε vocabuli ἔκλαυσε producitur I 72, corripitur in c. dub. XX 36; ε in ἔκλαιε producitur in c. dub. XXIII 17. — ε in voce ἔκλινε producitur II 139, in voce ἐκλίνθη corripitur III 44; similiter vocabulum ἀποκλινθείς (III 38) vocalem o correptam habet. his cum locis conferas velim Hom. Ξ 510 ἤρατ', ἐπεί ῥ' ἔκλινε μάχην et φ 138 αὐτοῦ δ' ὠκὺ βέλος καλῇ προέκλινε κορώνῃ vel τ 470 ἂψ δ' ἑτέρωσ' ἐκλίθη. — ε in vocabulo ἔκλεψε(ν) producitur V 19, corripitur ibid v. 2, in voce ἐκλέπτετε producitur prima syllaba v. XXII 151. — α vocabuli Ἡρακλῆς producitur in formis genetivi et dativi —ῆος, —ῆι (XIII locis), corripitur in nominativi forma Ἡρακλέης (XIII 64, XXIV 103), nisi forte haec vox per synizesim pronuntianda est, id quod apud Quintum Smyrnaeum veri simile esse putat Ludwich[1]; sed ipse Nonnus, qui in admittenda mediis in vocabulis correptione Attica angustissimis sese continuit finibus, vocabulum illud correpta syllaba altera ursurpavit[2]. prorsus similiter atque in formis nominis Ἡρακλῆς res se habet in formis Ἰφἴκλέης (XXIV 25) et Ἰφικλῆα (XXIV 2, 61). — ε in voce κεκλήσεται producitur XXII 69, XXIV 84, in κεκλήσεαι XXII 71, in κεκλημένος XXIV 104; contra ι corripitur in κικλήσκων XXII 133. — υ in vocabulo Κύκλωψ bis producitur in v. XI 72, locis ceteris corripitur: id. ibid. 8, Κύκλωπος XVI 53, Κυκλώπων XI 38. — ε in πεπλασμένον producitur VII 44, corripitur in ἔπλασσε XXIV 109.

[1]) Cf. Ann. philol. CIX (1874) 234 adn.

[2]) Cf. Lehrsii 'Quaestt. ep.' p. 262.

μ.

ι in ἀνάριθμος producitur XVI 64, in ἀνάριθμοι XV 45, corripitur in ἀριθμεῦντι VIII 16, in ἀριθμεῦνται XVII 27, ἀριθμεῖ epigr. dub. XIV 4, in ἀριθμητοί c. XIV 48. — α in σταθμοί producitur XXV 23, in σταθμῶν ibid. 157, in σταθμούς ibid. 220, corripitur in σταθμά XXIV 15.

ν.

α vocabuli ἀφνειός producitur XXIV 108, corripitur in ἀφνειόν XIII 19. — α vocis δάφναι productum reperitur II 1 et epigr. I 3, correptum c. XI 45. — α in nomine Δάφνις productum est I 100, VIII 8, 38, 71, correptum in eadem forma I 116, in Δάφνιδος epigr. dub. IV 14, in Δάφνιν I 113, in Δάφνι VIII 6, 82, epigr. dub. III 1. — ι in ἱκνεῦνται producitur XXV 28, corripitur in ἱκνεῖται epigr. dub. VIII 3. — ε in τεθνάκαμες productum reperitur II 5, correptum in τεθνεώς epigr. dub. XI 5. — υ vocis ὕπνος producitur in formis ὕπνῳ V 51, ὕπνων in c. dub. XXI 66, ὕπνου epigr. dub. III 6, corripitur in formis ὕπνον XXIV 47, ὕπνου epigr. dub. V 6; ac similiter corripitur υ in vocabulis ἄγρυπνος XXIV 106 et ἀγρυπνίαν c. dub. XXI 37.

ρ.

α vocabuli ἄκρος productum reperitur in formis ἄκρας IX 30, XXII 185, ἄκρον XVI 77, in vocibus compositis ἄκρηβος VIII 93, ἀκρόχλοον XXIV 61, corripitur autem in formis ἄκρῳ XI 37, ἄκρον XIV 61, 66, ἄκρην XXII 196, ἄκρα c. dub. XXVII 43, in vocabulo composito ἀκρέσπερον XXIV 77. — ε in voce γεγράψεται producitur XVIII 47, corripitur in ἔγραψαν XV 81; in eodem versu ο vocabuli ζωογράφοι corripitur. — ι vocis δίφρος producitur in forma δίφρων XXII 142, corripitur in δίφρον XV 2. — ε vocabuli ἕδρα productum est in forma ἕδραν c. dub. XXIII 52 et in voce composita ἑδροστρόφοι XXIV 111, correptum in forma ἕδρα XVII 20. — ε in κεχρήσεται producitur XVI 73, in κέχρησθε XXVI 18, in κεχρημένος XXV 101, corripitur in κεχρημένος ibid. 35, in ἐχρῆν XVIII 12, eademque ratione α vocabuli διαχρησεῖται corripitur XV 54. — υ vocis Κύπρις producitur in hac ipsa forma I 95, XVIII 51, in Κύπριν II 131, Κύπρι I 101, corripitur in forma Κύπρις XVIII 51, epigr. XIII 1. — α adiectivi μακρός producitur in forma μακρήν XXV 242, corripitur in formis μακρούς XVI 43, XXII 81, μακρῶν XVIII 34, μακράν c. dub. XXI 28. — ε vocabuli νεκρός semel reperitur productum in forma νεκρῶ c. dub. XXIII 41, correptum in formis νεκρόν ibid. 53, νεκρῶν XXII 179. — α in voce πατρώια producitur XVII 104, in πατρώιον XXII 164, contra semper corripitur in genetivo πατρός (VIII 20, IX 13, 23; XXII 170, 199; in epigr. dub.

VII 4) ac similiter in vocabulis *εὐπατριδᾶν* XVIII 53, *εὐπατρίδας* ibid., *πατρῴη* XXII 205. Homerus genetivo *πατρός* ita utitur, ut modo producat modo corripiat priorem syllabam; cf. *B* 146 *ὤρορ' ἐπαΐξας πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων* et Z 479 *καί ποτέ τις εἴπῃσι πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων*. — ε substantivi *πέτρα* plerumque (noviens) producitur: in formis *πέτρα* I 39, epigr. I 4, *πέτρας* I 8, XXIV 95, XXVI 10, *πέτρᾳ* VIII 55, c. dub. XXI 42, *πέτρῃ* XII 36, *πέτραισιν* IX 16, 26; bis autem corripitur in forma *πέτρας* X 7, XXII 27. — ε vocabuli *τετραμμένος* productum est VII 112, correptum in forma *τετραμμένου* XIII 26.

Multitudinem vocabulorum, in quibus quamquam ab una eademque stirpe derivatis Theocritus vocales ante mutam c. l. positas modo produxit modo corripuit, si respicimus, in universum quidem sat libere eum hac in re versatum esse adparet. Quintum Smyrnaeum quidem, apud quem Attica correptio frequentissima est, in ea re severiorem sese praestitisse elucet ex eis, quae Ludwich l. c. exposuit; nam in plus octo milibus versuum, quibus Quinti Posthomerica constant, in duodecim tantum vocabulis ante mutam c. l. vocales ratione, de qua agitur, usurpantur[1]). atque ex his locis quinque a Ludwichio in dubitationem vocantur, ita quidem, ut non plus novem restent. etiam apud Homerum eius generis exempla, quae Ludwich ibidem congessit, sat pauca reperiuntur. quam rationem in eadem re secuti sint poeta tragici, a Goebelio expositum est[2]).

[1]) Ludwich quattuordecim quidem vocabula adfert, sed duo mutam c. l. initio in habent positam.

[2]) Cf. De correptione Attica p. 30 sqq.

CAPUT QUARTUM.

De hiatu.

Postquam ab hominibus doctis quaestiones institutae sunt, quibus hiatus, quem dicunt grammatici, usum in Homeri carminibus definire studebant, alii extiterunt, qui operae pretium esse putarent apud alios quoque poetas Graecos, qui in carminibus pangendis Homeri vestigia prementes versu usi sunt heroico, in eandem rem inquirere. quas disputationes hoc loco omnes adferre nil adtinet; id autem commemorandum mihi est, etiam de hiatus usu apud Theocritum nonnulla iam a Kruegermanno in 'Quaestt. Theocr'. p. 2 sqq. prolata esse. sed nihilominus ex usu mihi esse videtur denuo de ea re quaestionem instituere. primum enim hanc rem non tam accurate, quam par erat, a Kruegermanno expeditam esse censeo, quippe qui eius tantum modo generis hiatus, quod legitimum esse negant, rationem habuerit neque omnia, id quod infra videbimus, recte adtulerit. praeterea is in libello suo eadem via progreditur, quam iniit Hoffmann in 'Quaestt. Hom'.; post Hoffmannum autem hiatus usum in carminibus Homericis cum alii tum Hartel rationes prorsus alias secutus retractavit[1]), qua de causa inde quoque aliquem fructum ad quaestionem, de qua agitur, denuo tractandam redundaturum esse existimo.

In universum quidem nobis de omnibus locis, ubi vocem in vocalem desinentem altera a vocali incipiens sequitur, hac quaestione proposita agendum erit. attamen hoc loco rem tangi oportet, quae in materia huius quaestionis definienda haud parvi est momenti. etenim in Homeri carminibus digamma quondam viguisse et cum in aliis rebus tum ad hiatum tollendum satis valuisse unicuique notum est. post Homeri autem tempora cum illud annorum successu prorsus evanuisset, ea vocabula, quae olim a digammo incipiebant, nil iam differebant a vocabulis, quae semper vocales in initio habebant positas. sed inferiorum temporum poetae, cum viderent apud

[1]) Homer. Stud. II. et III.

Homerum ante vocabula a certis quibusdam stirpibus derivata longas vocum praecedentium vocales constanter non corripi, ipsi quoque talia sibi licere putabant. unde factum est, ut nonnullis vocabulis iam dudum a vocali incipientibus prorsus eadem ratione atque Homerus, cuius aetate illa a digammo initium capiebant, uterentur. loci igitur huius modi apud Theocritum similiter atque apud alios inferioris aetatis poetas non eadem ratione tractandi sunt, qua in Homeri carminibus, ubi hiatus digammo tollitur. et cum in universum de frequentia hiatuum in Theocriti carminibus quaeretur, exempla ea, in quibus voces leguntur, quarum in initio digamma olim erat positum, ceteris hiatibus adnumeranda erunt, separanda autem ab his neque tamen prorsus neglegenda erunt, ubi agetur de variorum hiatuum natura.

Cum vero prius vocabulorum, quorum in confinio hiatus extat, aut longam aut brevem vocalem in fine possit habere positam, hanc rem in distribuenda materia proposita respiciamus necesse est. quam ob rem priore huius capitis parte (I) de eo hiatus genere exponemus, in quo voces praecedentes in longas desinunt syllabas, altera (II) de hiatibus, in quibus vocales breves leguntur.

I.

Si vox in longam vocalem vel diphthongum desinens ante vocabulum a vocali incipiens conlocatur, syllabam illam finalem apud omnes poetas Graecos inde ab Homero longe saepissime corripi satis constat. qua re factum est, ut homines docti, ubicumque lex ea observata reperiebatur, de hiatu non iam cogitandum et locos ita comparatos in quaestionibus de hiatus usu institutis silentio praetereundos esse censerent. atque eandem rationem a Kruegermanno quoque l. c. initam esse invenies. sed huius modi in quaestionibus primum ipsa ratio, quae inter numerum exemplorum legi repugnantium intercedit et eorum, quibus lex observatur, sat magni est momenti; deinde locorum, quibus vocalis corripitur, omnium nequaquam eadem est natura, atque singula illorum genera cognoscantur necesse est. quae res cum ita se habeat, etiam in legitimos illos hiatus inquiri debere manifestum est. itaque haec disputationis nostrae pars in dua distribuenda erit capita, quorum priore *(A)* eos hiatus percensebimus, in quibus tota vis ultimae syllabae vocis antegressae servatur, altero *(B)* agemus de hiatibus, in quibus longae syllabae finales corripiuntur.

A.

Longae syllabae finales in hiatu positae ut totam vim suam retineant, iam in Homeri carminibus locis longe plurimis maiore arsis vi effici videmus. cum enim duo fere milia exemplorum ibi extent, in quibus syllabae non

correptae in arsi leguntur, CLXVII tantum loci vel detractis repetitis CXLII inveniuntur, in quibus correptio in thesi neglegitur[1]). cuius rei causa unde repetenda sit, ab Hartelio hisce verbis egregie inlustratur[2]): 'Die Kraft der Arsis vermag jeden vocalisch langen Auslaut, ob dieser der Auslaut eines Nomens, Verbums oder einer Partikel ist, in seiner Quantität zu erhalten, indem sie das Zusammensprechen mit dem nächsten Vocal — die Bedingung der in der Thesis stattfindenden Verkürzung — hemmt. Das Wesen der Arsis ist Tonverstärkung, bewirkt durch Verstärkung des Ausathmungsdruckes. Der verstärkte Ton wirkt durch die für das Aussprechen einer Länge erforderliche Zeit. Folgt ein Consonant auf diese vocalische Länge, so begrenzt dieser die aufgewandte Kraft, indem das Maximum des Ausathmungsdruckes während der zu einer Articulation erforderlichen Bildung der Enge des Verschlusses eintritt. Folgt kein Consonant, so liegt der Höhepunkt der Arsis im Verlaufe des langen Vocales, der gegen den folgenden vocalischen Anlaut durch Verschlussbildung abgegrenzt wird, indem 'wir vor jedem anlautenden Vocale den Kehlkopf verschliessen, so dass unter der grösseren Spannung der Ausathmungsluft, welche hiedurch bedingt wird, die Stimmbänder prompt anlauten' (Brücke, Physiol. Grundl. der nhd. Verskunst, S. 54). Das ist Hiatus in bester Form; aber kein Hiatus, den das griechische Ohr der epischen Sänger bei dem langsamen, abgemessenen Gang des griechischen Hexameters irgend unangenehm empfand. — Jedem Diphthong und jedem Vocal selbst, der auf dem Wege der Verwitterung seiner Quantität noch nicht zu dem Normalmass der Kürze herabgesunken, ist der Zutritt zu solchen Hebungen gestattet. Die schwächsten Längen, z. B. dativisches ι und die leichtesten Diphthonge, wie οι, αι, fallen, durch die hinzutretende Tonverstärkung der Arsis unterstützt, vollgewichtig ins Ohr. Zumeist aber sind es die schwersten Diphthonge, wie ῳ und ῃ, die kräftigsten Vocale, wie ω und η, welche, nicht gedrückt durch das Gewicht nachfolgender Consonanten, hier zur vollsten Entfaltung ihres Tongehaltes gelangen.' neglectae igitur correptiones in versus sedibus ictu destitutis separandae sunt ab eis syllabis in hiatu positis, ad quas producendas ipsa arsis vis aliquid confert. quam ob rem etiam apud Theocritum priore loco (α) hiatus in arsibus extantes tractandi erunt, deinde (β) ii loci, quibus syllabarum correptiones in thesi omittuntur.

α.

Cum multum intersit, qualis ea sit syllaba, quae non corripitur, praecipue utrum vocali longa an diphthongo efficiatur[3]), aptissimum esse

[1]) Cf. Hartel. l. c. II 23.

[2]) l. c. p. 40.

[3]) Cf. de hoc discrimine Hartelium l. c. II 5 sqq., 40, 45, 48, 50, III 1 sqq.

videtur hiatus exempla, quae hoc loco in censum veniunt, per singulas vocales et diphthongos adferre. simul numeris uncis inclusis, in qua quisque hiatuum extet arsi, indicabo. hos igitur inveni hiatus:

α: *a)* X 28 ἁ γραπτὰ ὑάκινθος (V), ibid. 30 ἁ αἴξ (I); *b)* XVIII 28 ἁ χρυσέα Ἑλένα (III); *c)* XVII 79 χθαμαλὰ Αἴγυπτος (V). Kruegermann, qui Meinekii editione usus est, etiam XIV 64 βασιλέα· αἰτεῖν adfert, sed hic cum codd. e, p, k exhibeant βασιλῆα· αἰτεῖν, Stob. Floril. XLVIII 11 βασιλῆ'· αἰτεῖν, magis eorum placet ratio, qui velut Ziegler, Fritzsche, Hiller elisionem probant; nam illa neque, quod in caesuram versus primariam cadit, offensioni est neque propter insequentem interpunctionem, id quod elucet ex eis, quae protulimus p. 43 sq.; cf. Hom. *E* 252 μή τι φόβον δ' ἀγόρευ', ἐπεὶ οὐδέ . . .

ᾳ: *a)* IV 22 τᾷ Ἥρᾳ (I), V 116 μέμνᾳ, ὄκ' (II, lectio quidem vulg. est μέμνασ', sed codd. e et m habent μέμνα, idem legit scholiasta codicis k[1]), in libro a superscriptum est manu altera σ), X 33 τᾷ Ἀφροδίτᾳ (V); *b)* XV 110 Ἑλένᾳ εἰκυῖα (V); *c)* XXIV 92 μέσᾳ, ὄκα (II).

η: *a)* III 42 ὡς ἐμάνη, ὡς (III), VII 77 ἢ Ἄθω (I), ibid. 88 ἢ ὑπό (V); *c)* XVI 62 ἢ ὕδατι (I), 74 ἢ Ἀχιλεύς (II), XXII 58 ἢ ὑπερόπτης (V), XXIV 90 ἢ ἀνέμῳ (II), XXV 197 νόσφιν γ' ἢ ὅθεν (II). falso adfert Kruegermann I 51 φατὶ πρὶν ἢ ἀκράτιστον, ubi synizesis ἢ‿ἀκράτιστον statuenda est, cum in voce ἀκράτιστον (cf. ἀκρᾱτός, ἀκρᾱτίζομαι) alterum α longum sit.

ῃ: *b)* XIV 49 ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ (V); *c)* XXV 71 Ἀμφιτρυωνιάδῃ Ἡρακλέι (III), 91 ἠὲ νότοιο βίῃ ἠέ (III), 267 ὑποδρύψῃ ὀνύχεσσι (V). Kruegermann etiam XXV 212 στρεπτῇ ἐπέλασσε κορώνῃ huc rettulit, sed h. l. vix dubitari potest, quin lenissima Brodaei immutatio, qui στρεπτὴν scribendum esse censuit, cum Ahrensio, Zieglero, Hillero probanda sit.

ω: *a)* I 98 ἀργαλέω ἐλυγίχθης (V), III 36 δωσῶ οἱ (III); *b)* II 46 ἐυπλοκάμω Ἀριάδνας (V), 152 ἀκράτω ἐπεχεῖτο (II), XIV 33 κόλπω ἐπιθυμήσασα (IV, solus cod. p habet κόλπων, quod recepit Meineke), XV 7 ἑκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς (V, est haec lectio vulg. Zieglero quoque probata; sed corruptus esse videtur hic locus. cod. k exhibet ἑκαστέρω ἔμ', Briggs scriptum voluit ἑκαστέρω ὦ ἔμ' ἀπ., Boissonade ἑκ. ὤμοι ἀπ., Meineke ἑκ. ὦ μέλ' ἀπ., Hiller ἑκαστέρω ἄμμιν ἀπ.), 102 ἀενάω Ἀχέροντος (V), 123 ὦ ἔβενος (I) et λευκῶ ἐλέφαντος (V), XVIII 58 ὦ Ὑμέναιε (II); *c)* XVI 104 ὦ Ἐτεόκλειοι (I), XXII 23 ὦ ἄμφω (I), 26 ἀμφοτέρω ὑμνέων (II), 174 ἀποσχομένω ὑσμίνης (V), XXV 193 ὦ Αὐγηιάδη (I), XXVI 29 δεκάτω ἐπιβαίνοι (V).

ῳ: *b)* II 51 μαινομένῳ ἴκελος (II), 145 τήνῳ. ἀλλ' (III), XVIII 58 γάμῳ ἐπὶ τῷδε (IV); *c)* XIII 49 Ἀργείῳ ἐπὶ παιδί (II), XVII 38 τῷ

---

1) Cf. Ziegler 'Cod. Ambr. 222 schol. in Theocr.' p. 44.

οὔπω (I), 104 ᾧ ἐπίπαγχυ (I), 106 δόμῳ ἐνὶ πίονι (IV), 114 ᾧ οὐ δωτίναν (I), XXII 39 κρυσταλλῷ ἠδ' ἀργύρῳ (III), 94 Τιτυῷ ἐναλίγκιος (IV), XXIV 118 βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ (IV), XXV 209 ζαθέῳ Ἑλικῶνι (V). perperam his locis adnumerat Kruegermann hiatum, qui extat XXVI 29, quo in versu, si genuinus est, non δεκάτῳ scribendum, sed genetivus δεκάτω e codicibus recipiendus est.

αι: *a)* I 18 καί οἱ ἀεί (I), 127 Μοῖσαι ἴτε (IV), id. vv. 131, 137, 142, XI 12 ταὶ διές (II); *b)* II 61 δέδεμαι, ὅ (III, sed extant haec verba in versu sat suspecto, qui haud scio an iure Ahrensio aliisque expellendus esse videatur); *c)* XXIV 123 καί οἱ ἀαγεῖς (V).

ει: *a)* XI 45 τηνεῖ, ἐντὶ ῥαδιναί (III); *b)* II 158 ἔχει, ἁμῶν (IV); *c)* XVII 90 ἐπεί οἱ (IV), XXIV 27 βαρεῖ ἐνεδήσατο (IV), XXV 80 εἴ οἱ καί (I), 173 εἰ ἐτεόν (I), 274 μόχθον, ἐπεὶ οὐκ (IV).

οι: *a)* III 39 ποτίδοι, ἐπεί (III); *c)* XXV 37 οἵ οἱ ἔασιν (II), 203 οἵ ἕθεν (I).

ευ: *a)* VII 7 εὖ ἐνερεισάμενος (I, in codd. legitur quidem εὖ γ' ἐνερεισάμενος, sed particula γέ h. l. supervacanea a grammaticis hiatus evitandi causa inserta esse videtur [cf. G. Herm. Opusc. V 80], quam ob rem recte illam plerique editores recentiores eiecerunt); *c)* XIII 15 αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων (II), XVI 13 τίς εὖ εἰπόντα (IV), 25 πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι (II).

ου: *c)* XVI 31 ψυχροῦ Ἀχέροντος (V), 41 στυγνοῦ Ἀχέροντος (V), XXII 141 ἀποφθιμένου Ἀφαρῆος (V).

Frequentia igitur hiatuum in singulis versus sedibus est haec:

vocales et diphthongi	in I arsi	in II a.	in III a.	in IV a.	in V a.	summa	
			a) in cc. bucol.				
α	1	—	—	—	1	2	10
ᾳ	1	1	—	—	1	3	
η	1	—	1	—	1	3	
ῃ	—	—	—	—	—	—	
ω	—	—	1	—	1	2	
ῳ	—	—	—	—	—	—	
αι	1	1	—	1[1]	—	3	6
ει	—	—	1	—	—	1	
οι	—	—	1	—	—	1	
ευ	1	—	—	—	—	1	
ου	—	—	—	—	—	—	
	5	2	4	1	4	16	

[1]) Hiatum I 127, qui, cum in versu extet intercalari, ter repetitur, semel tantum numeravi.

vocales et diphthongi	in I arsi	in II a.	in III a.	in IV a.	in V a.	summa	
			b) in cc. mim.				
α	—	—	1	—	—	1	13
ᾳ	—	—	—	—	1	1	
η	—	—	—	—	—	—	
ῃ	—	—	—	—	1	1	
ω	1	2	—	1	3[1]	7	
ῳ	—	1	1	1	—	3	
αι	—	—	1	—	—	1	2
ει	—	—	—	1	—	1	
οι	—	—	—	—	—	—	
ευ	—	—	—	—	—	—	
ου	—	—	—	—	—	—	
	1	3	3	3	5	15	
			c) in cc. epicis				
α	—	—	—	—	1	1	25
ᾳ	—	1	—	—	—	1	
η	1	3	—	—	1	5	
ῃ	—	2	—	—	1	3	
ω	3	1	—	—	2	6	
ῳ	3	1	1	3	1	9	
αι	—	—	—	—	1	1	14
ει	2	—	—	3	—	5	
οι	1	1	—	—	—	2	
ευ	—	2	—	1	—	3	
ου	—	—	—	—	3	3	
	10	11	1	7	10	39	
			in onnibus Theocr. cc. gen.				
in universum	16	16	8	11	20	70	

in edylliis dubiae originis nullus huius generis hiatus reperitur.

Ex tabellis propositis primo obtutu cognoscimus non eundem in variis carminum Theocriteorum generibus esse hiatuum, de quibus agitur, numerum; paucissimi quidem pro rata parte reperiuntur in edylliis bucol., plurimi in epicis. sed usum huius modi hiatus a Theocrito in universum satis angustis circumscriptum esse finibus perspicuum fit, si eiusdem generis

[1]) Versum XV 7 h. l. potius omittendum esse censui.

hiatuum frequentiam apud alios poetas comparamus cum usu Theocriteo. in Homeri quidem carminibus duo fere milia id genus hiatuum reperiri iam commemoravimus. sed apud eos quoque poetas epicos, qui aequales fuerunt Theocriti, latius patere horum hiatuum usum adparet; sic Apollonius in IƆƆDCCCXXXV Argonauticorum versibus CCCCXII similes hiatus sibi concessit [1]).

Ad singulas autem versus sedes quod adtinet, maximam partem hiatuum extare videmus in arsi quinta (XX), ad quam proxime accedunt arses prima et altera, quae hac in re nil inter se differunt (in utraque XVI reperiuntur exempla), tum sequitur arsis quarta (XI); paucissimi autem in arsi tertia extant hiatus, qui non plus VIII sunt. ac dignum est memoratu in quinque horum exemplorum (III 39, 42, XI 45; II 61, 145) biatum convenire cum interpunctione, cum e ceteris hiatibus omnibus tres tantum interpunctione sint insignes, quorum duo (V 116, XXIV 92) reperiuntur in arsi altera, unus (II 158) in arsi quarta. in pedis sexti arsi nusquam apud Theocritum longae syllabae in hiatu positae vis servatur. ea autem res non cum Kruegermanno [2]), qui Hoffmanni vestigiis hac in causa insistit, ita explicanda esse videtur, quasi propter infirmitatem huius arsis hiatus in ea ferri nequeat; verum ut apud Homerum [3]), ita etiam in Theocriti carminibus causa eius rei ex ipsa ratione, qua versum heroicum finire solebat poeta, repetenda est. inter omnes enim Theocriti hexametros LXVII modo in voculas exire monosyllabas pag. 35 vidimus; atque ex his versibus habent XL encliticas (vel voculas *μέν, δέ, γάρ*) a consonis incipientes in exitu positas, XX substantiva (velut *Ζεῦ, πῦρ, ναῦς, χείρ, γᾶς, βοῦς, νύξ*) aut alia vocabula (velut *δεῖ, χρή, νῦν, πρίν* cett.), quae eodem modo initium capiunt, ita quidem, ut in universum non plus septem hexametri voculis monosyllabis, quarum in initio leguntur vocales, finiantur.

Ratio vero, qua apud Theocritum hiatus inter arses I—V distribuuntur, neque cum usu Homerico congruit neque cum ratione, quae apud Apollonium in eadem re observatur. in Homeri enim carminibus primum locum hac in re obtinet arsis tertia, cui soli e duobus milibus exemplorum DCCV (i. e. plus tertia pars) adtribuenda sunt, cum paucissimi hiatus extent in arsibus prima et quinta (CCXC in hac, CLXXIX in illa). in Argonauticis autem Apollonii plurimi reperiuntur hiatus in versus sede quarta (CXIX inter CCCCXII exempla), cui proxime accedit altera

---

[1]) Cf. Rzach 'Der Hiatus bei Apollon. Rhod.' Wiener Stud. III 53.

[2]) Cf. l. c. p. 3.

[3]) Cf. Hartelium l. c. II 24 sqq.

(XCVII); deinde secuntur tertia (XCI), quinta (LXXI), prima (XXVIII). videntur vero alii poetae alias versus arses aptiores iudicasse, in quibus longarum syllabarum finalium, quae in hiatu essent positae, vis servaretur.

In hac re autem eadem, quam alibi quoque licet observare, apud Theocritum lex valet, quod longae vocales *α, η, ω* et diphthongi *ᾳ, ῃ, ῳ* in hoc hiatus genere multo saepius pro rata parte inveniuntur quam diphthongi *αι, ει, οι, ευ, ου.* illas enim in plus duabus partibus (XLVIII) omnium exemplorum legimus, has vix in parte tertia (XXII). neque debet neglegi interpunctiones in omnibus exemplis, quae habent longas vocales (vel diphtongos *ᾳ, ῃ, ῳ*), non saepius ad hiatum accedere quam in exemplis diphthongos *αι, ει, οι, ευ, ου* exhibentibus; quaterna enim in utraque hiatuum parte exempla ita comparata invenies, ut in hiatum cadat orationis distinctio (longas vocales interpunctio sequitur in vv. III 42, V 116, II 145, XXIV 92, diphthongos leviores in vv. III 39, XI 45, II 61, 158). patet igitur etiam hac ex re in Theocriti carminibus vocales longas multo firmiores sese praestare quam diphthongos et ad vim suam servandam multo minus adiumentis eius modi, quale est interpunctio, egere. varia autem carminum genera si spectamus, in primis in edylliis bucol. et mim. diphthongos leviores rarissime in hiatu, de quo sermo est, invenimus, paulo saepius in carminibus epicis.

Ut vero ad singula hiatuum exempla tractanda accedamus, in primis ii hiatus a ceteris separandi sunt, qui extant ante voces, quarum littera initialis olim fuit digamma. ac saepissime ante pronomen tertiae personae (*οἷ, ἕθεν*), cui omnes poetae Homerum secuti maiorem vim tribuerunt, longae syllabae in hiatu positae vis servatur: *a)* I 18 *καί οἱ ἀεί* I (Hom. *Λ* 789 *καί οἱ σημαίνειν* I), III 36 *δωσῶ οἱ* III; *c)* XVII 90 *ἐπεί οἱ* IV (Hom. *M* 407 id. II = *P* 577), XXIV 123 *καί οἱ ἀαγεῖς* V (Hom. *K* 328 *καί οἱ ὄμοσσεν* V), XXV 37 *οἵ οἱ ἕασιν* II (Hom. *κ* 349 *αἵ οἱ δῶμα* II), 80 *εἴ οἱ καί* I (Hom. *Ψ* 832 id. I), 203 *οἵ ἕθεν* I (Hom. *Υ* 305 *οἱ ἕθεν* I). praeterea syllabarum productiones eiusdem generis his locis leguntur: *b)* II 51 *μαινομένῳ ἴκελος* II (Hom. *Ω* 758 *κεῖσαι, τῷ ἴκελος* II, Apollon. Rhod. *Δ* 1678 *τηκομένῳ ἴκελος* II), XV 110 *Ἑλένᾳ εἰκυῖα* V (Hom. *μ* 79 *περιξέστῃ ἐικυῖα* V, cf. etiam Arat. 854, 892, Quint. Smyrn. *α* 306); *c)* accedunt tres hiatus ex edylliis epicis, in quibus omnibus legitur vocula *εὖ:* XIII 15 *εὖ ἕλκων* II, XVI 13 *εὖ εἰπόντα* IV, 25 *εὖ ἔρξαι* II.

In hiatibus, qui extant ante voces, quae semper vocales habebant in initio, apud Theocritum similiter atque in Homeri carminibus[1]) in universum

[1]) Cf. Hartel. l. c. II 32 sqq., 39, 43 sq.

ea valet lex, ut vocabula, quorum syllabae finales in hiatu sunt conlocatae, maiore quodam sono sint praedita. atque in primis in censum veniunt voces monosyllabae, velut *ἤ*, quae vocula septiens ratione illa usurpatur: VII 77 (I), 88 (V); XVI 62 (I), 74 (II), XXII 58 (V), XXIV 90 (II), XXV 197 (II); cf. Hom. *Ο* 605, *Π* 12, *Ρ* 227 cett. similiter res se habet in voculis: *ὤ* XV 123 (I), *ὦ* insequente vocativo: XVI 104 (I), XVIII 50 (I), XXII 22 (I), XXV 193 (I), cf. Hom. *Α* 74, *Δ* 430 all., *εὖ*: VII 7 *εὖ ἐνερεισάμενος* I (Hom. *τ* 460 *εὖ ἰησάμενοι* I), *εἰ*: XXV 173 *εἰ ἐτεόν περ* I (Hom. *Ν* 375 *εἰ ἐτεὸν δή* I). eodem modo in hiatu articuli formae longis syllabis terminatae iam apud Homerum tum potissimum usurpantur, cum pronominis demonstrativi vice funguntur; hanc quidem significationem exhibet apud Theocritum vocula *τῷ* in v. XVII 38 *τῷ οὔπω* I (Hom. *Ξ* 126 *τῷ οὐκ ἂν* I). sed Theocritus etiam formas articuli tali vi carentes nonnumquam eadem ratione adhibuit: IV 22 *τᾷ Ἥρᾳ* I, X 30 *ἁ αἴξ* I, 33 *τᾷ Ἀφροδίτα* V, XI 12 *πολλάκι ταὶ ὄιες* II. bis legitur in hiatu huius generis dativus pronominis relativi *ᾧ*: XVII 104 *ᾧ ἐπίπαγχυ* I, ibid. 114 *ᾧ οὐ δωτίναν* I (Hom. *Α* 162 *ᾧ ἔπι* I).

Dignum vero est, quod memoretur, duas partes horum hiatuum (XIV inter XXI) reperiri in arsi pedis primi. etiam in Homero ex hiatibus, in quibus monosyllabae extant voculae, plurimi (LXXX inter CCXXX) inveniuntur in arsi prima; sed apud Theocritum hunc usum etiam latius patere videmus.

Graviore sono voces quoque plus unam syllabam complectentes instructae esse possunt. atque hoc valet in primis de epithetis, quorum etiam quae tritissima sunt eamque ob causam multum pristini sui ponderis amiserunt, apud Homerum saepissime, praesertim si aliis vocabulis a substantivis suis seiunguntur, in hiatu, quem tractamus, posita reperiuntur. e Theocriti carminibus huc referendi sunt hi loci: *a)* I 98 *Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης* (V), X 28 *ἁ γραπτὰ ὑάκινθος* (V); *b)* II 46 *ἐυπλοκάμω Ἀριάδνας* (V), XIV 49 *ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ* (V), XV 102 *ἀενάω Ἀχέροντος* (V), 123 *λευκῶ ἐλέφαντος* (V), XVIII 28 *ἁ χρυσέα Ἑλένα* (III); *c)* XIII 49 *Ἀργείῳ ἐπὶ παιδί* (II), XVI 31 *ἐπὶ ψυχροῦ Ἀχέροντος* (V), 41 *στυγνοῦ Ἀχέροντος* (V), XVII 79 *χθαμαλὰ Αἴγυπτος* (V), XXII 141 *ἀποφθιμένου Ἀφαρῆος* (V), XXIV 27 *βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ* (IV), 118 *βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ* (IV), XXV 209 *ὑπὸ ζαθέῳ Ἑλικῶνι* (V). similia exempla et apud Homerum et in aliorum poetarum carminibus sat multa reperiuntur; cf. Hom. *α* 426 *περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ* (V), ibid. 253 *ἀποιχομένου Ὀδυσῆος* (V) all.; Hes. Op. 540 *δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ* (V), Theog. 980 *πολυχρύσου Ἀφροδίτης* (V) all.; Apollon. Arg. *Δ* 60 *σκοτίῃ ἐνὶ νυκτί* (V), *Α* 644 *ἐποιχομένου Ἀχέροντος* (V), *Γ* 1342 *ὑπ' ἀκαμάτῳ ἀροτῆρι*

(V) all. addi potest locis illis Theocriteis XXVI 29 *εἴη δ' ἐνναέτης ἢ καὶ δεκάτω ἐπιβαίνοι* (V), ubi in pronuntianda voce *δεκάτω* vox intenditur. videmus vero pleraque ex his exemplis (XII inter XVI) extare in arsi quinta ac saepissime hexametros, in quibus illa inveniuntur, ita esse comparatos, ut in altero hemistichio nisi in hiatus sede nulla insit incisio. atque hoc de his quoque valet hiatibus: XIV 33 *κόλπω ἐπιθυμήσασα* IV (Callim. hymn. III 237 *πολέμου ἐπιθυμήτειραι* IV); XXII 174 *ἀποσχομένω ὑσμίνης* V (Hom. *Δ* 462 *ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ, Ε* 712 idem, cett.), XXV 267 *ὑποδρύψῃ ὀνύχεσσι* V.

Nonnulli hiatuum, qui restant, eo excusantur, quod cum hexametri caesuris interpunctione adiutis congruunt. id quod saepissime fieri in caesura semiquinaria iam supra indicavimus: III 39 *καί κέ μ' ἴσως ποτίδοι, ἐπεὶ οὐκ . . .,* 42 *ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς . . .* (h. l. etiam repetita particula *ὡς,* cuius ex usu in carminibus Homericis conligitur a consona spirante eam olim incepisse, in censum venit), XI 45 *ἐντὶ δάφναι τηνεῖ, ἐντὶ ῥαδιναὶ* (neque hoc in versu anaphora verbi *ἐντί* neglegenda est); II 61 *ἐκ θυμῷ δέδεμαι, ὁ δέ μευ . . .,* 145 *οὔτ' ἐγὼ αὖ τήνῳ. ἀλλ' ἦνθε . . .* conferas quaeso cum his exemplis Hom. *ι* 534 *ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας . . .* (III), I 62 *μῦθον ἀτιμήσει, οὐδέ . . .* (III), *Β* 515 *Ἄρηϊ κρατερῷ· ὁ δέ οἱ . . .* (III) cett.; Hes. Op. 363 *ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει, ὁ δ' ἀλύξεται . . .* (III), Theog. 277 *ἣ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' . . .* (III) all.; Apollon. Arg. *Δ* 21 *φάρμακα πασσαμένη, Ἥρης . . .* (III), *Β* 28 *τῶν μὲν ἔτ' οὐκ ἀλέγει, ἐπὶ . . .* (III) all. bis cum hiatu in arsi altera convenit interpunctio: V 116 *ἢ οὐ μέμνᾳ, ὅκ' ἐγώ* et XXIV 92 *νυκτὶ μέσᾳ ὅκα* (Hom. *Η* 335 *οἴκαδ' ἄγῃ, ὅτ' ἄν* II, Apollon. *Γ* 1163 *ἐν χώρῃ, ὅθι* II), semel in arsi quarta: II 158 *τερπνὸν ἔχει, ἁμῶν δὲ λέλασται* (Hom. *Α* 446 *τίθει, ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων* IV). in caesuram versus primariam etsi interpunctione carentem cadunt etiam hi duo hiatus: XXV 71 *Ἀμφιτρυωνιάδῃ Ἡρακλέι* III, ibid. 91 *ἠὲ νότοιο βίῃ ἠέ* III. ceterum priore loco nomina quoque propria aliquid adferunt excusationis, altero extat hiatus ante voculam *ἠέ*; huius autem particulae ea est natura atque vis, ut non solum ipsa (*ἤ*), id quod modo vidimus, in hiatu posita saepissime non corripiatur, sed etiam efficiat, ut praecedentes syllabae finales maneant integrae[1]) (cf. Hom. *θ* 206 *ἢ πὺξ ἠὲ πάλῃ ἢ καί* III cett.).

Hiatibus, quibus ab intervallo cum caesura coniuncto excusatio venit, haud inepte hi possunt adici: I 127 *Μοῖσαι ἴτε* IV; II 152 *ἀκράτω ἐπεχεῖτο* II; XXII 26 *ἀμφοτέρω ὑμνέων* II. primo enim loco producitur ultima syllaba vocabuli *Μοῖσαι,* quod, cum vocativus sit, haud ita arte

---

[1]) Cf. Hartel. l. c. II 33 sq.

cum sequentibus cohaeret; ceteris locis extat hiatus in sede incisionis semiternariae ac vocabulum ἀμφοτέρω graviore sono effertur.

Itaque ex omnibus hiatus, de quo nunc verba fiunt, exemplis haec quattuor superant: XVIII 58 γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης IV; XVII 106 δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσός IV, XXII 94 Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἀνήρ IV, XXV 274 ἐπεὶ οὐκ ἔσκε σιδήρῳ IV; quos hiatus omnes extare videmus in arsi quarta. in versu quidem XXII 94 graviore pondere vocis Τιτυῷ hiatus explicatur, cum versibus autem XVIII 58 et XVII 106 conferas velim exempla Homerica, velut *E* 479 Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι IV, *M* 168 ὁδῷ ἔπι παιπαλοέσσῃ IV cett.; hiatui, qui est in v. XXV 274, duo prorsus similes in Odyssia extant: ε 364 νήξομ', ἐπεὶ οὐ μέν τι et ϑ 585 ἐσϑλός; ἐπεὶ οὐ μέν τι, quos locos Hoffmann[1]) legi, quam sibi finxerat, nimis indulgens iniuria immutandos esse statuit.

β.

Syllabas finales in hiatu conlocatas etiam in thesi produci posse iam p. 99 memoravimus. Theocritus autem, qui severiores in admittendo hiatu sequebatur leges, eius modi productiones syllabarum rarissime sibi concessit. inveniuntur quidem in carminibus eius haec exempla: *a*) I 74 πολλαί οἱ (I)[2]), IX 19 χόρια ζεῖ, ἐν πυρί (IV); *b*) XV 129 ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός (III); *c*) XVII 17 καί οἱ χρύσεος (II), XXV 57 ἤ οἱ νήριϑμος (III), 170 ἀτρεκέως ἢ Ἄργεος (III), 275 τμητὴ οὐδὲ λίϑοις (I); XII 30 αἰεί οἱ περὶ τύμβον (I). in edylliis incertae originis nullum hiatus exemplum, quod huc pertineat, invenitur. sunt igitur VIII hiatus, quorum duo extant in pede primo, totidem in altero, tres in tertio; in thesi quarta unus huius generis hiatus reperitur; sed quid statuendum sit de hoc loco, infra videbimus.

In naturam singulorum exemplorum si inquirimus, ante omnia memorandum est quattuor ex his octo locis (I 74; XVII 17, XXV 57, XII 30) ita esse comparatos, ut hiatum excipiat dativus pronomis personae tertiae οἷ. huic vero pronomini poetae Graeci, quo quisque propius ad usum Homericum accedit, eo maiorem vim in hiatu tollendo syllabisque producendis tribuunt. atque apud Theocritum tanta eiusdem pronominis vis observari potest, ut duobus locis in carminibus epicis vel breves vocales dativum οἷ praecedentes in arsi positae producantur: XXIV 42 ὅ οἱ ὕπερϑεν V (Hom. *X* 307 τό οἱ ὑπὸ λαπάρην I) et XXV 138 καὶ σϑένεϊ ᾧ VI (= Hom. *Π* 542); de brevibus autem syllabis finalibus, quae exeunt in consonas, insequente eodem

[1]) Cf. Quaestt. Hom. p. 72.

[2]) Ut supra numeris additis arses, ita in hoc hiatus genere theses significantur.

pronomine in thesi productis conferas quaeso p. 80. itaque minime mirandum est Theocritum ad usum Homericum se adplicantem quater correptiones longarum vocalium vel diphthongorum ante voculam *οἵ* in thesi neglexisse; cf. Hom. *O* 349 *αὐτοῦ οἵ* (I), *Z* 91 *καί οἵ πολύ* (III), *Γ* 387 *ἥ οἵ Λακεδαίμονι* II cett.

Restant quattuor exempla, in quibus hiatum vocabula, quae semper a vocalibus initium capiebant, secuntur. in his exhibent duo (XV 129 et XXV 170) particulam *ἤ* in thesi productam, cuius quae sit vis in huius modi hiatibus, ab Hartelio expositum est[1]). in utroque versu illud *ἤ* conlocatum est in thesi tertia. atque hiatus ab omni parte similes et apud Homerum inveniuntur et apud alios poetas epicos; cf. Hom. *A* 151 *ἐλθέμεναι ἢ ἀνδράσιν* (III), *Θ* 514 *ἰῷ ἢ ἔγχει* (III) cett.; Hes. Theog. 6 *κρήνης ἢ 'Ολμειοῦ* (III), Scut. 407 *ὀρεσσινόμου ἢ ἀγροτέρης* (III); Apollon. Argon. *B* 698 *κεμάδων ἢ ἀγροτεράων* (III) all. maiore licentia usus est Theocritus in v. XXV 275 *τμητὴ οὐδὲ λίθοις.* ac Meineke[2]) facile aliquem suspicari posse dicit *τμητή γ' οὐδέ* legendum esse particulam illam notissimam h. l. non inutilem esse existimans; posse autem etiam transpositis vocabulis scribi *οὐδὲ λίθοις τμητή.* sed ipse in verbis traditis nil mutavit idque iure eum fecisse arbitror. primum enim respiciendum est hunc locum inesse in carmine epico omnium, quae extant, edylliorum Theocriti amplissimo, in quo poeta proxime ad liberiorem in admittendis hiatibus usum aliorum poetarum epicorum accessit. adde quod extat hiatus ille in thesi pedis primi, in quo spondeorum usum latissime patere frequentissimeque breves syllabas finales produci supra vidimus. accedit repetitio vocis *οὐδέ*: *ἐπεὶ οὐκ ἔσκε σιδήρῳ | τμητὴ οὐδὲ λίθοις πειρωμένῳ, οὐδὲ μὲν ὕλῃ.* ex Homeri carminibus conferas quaeso cum hoc hiatu *α* 329 *κούρῃ 'Ικαρίοιο* (I), *Π* 734 *σκαιῇ ἔγχος ἔχων* (I) all., ex Apollon. Arg. *A* 251 *δειλὴ 'Αλκιμέδη,* quamquam hoc loco similiter atque in versu Hom. *α* 329 etiam nomen proprium in censum venit.

Prorsus diversa est condicio hiatus, qui restat. invenitur is in carminibus bucol. IX 19 *χόρια ζεῖ, ἐν πυρὶ δ' αὖαι* (IV). hic vero hiatus solus in thesi quarta extat; inter exempla autem quattuor, in quibus hiatum voces excipiunt, quae semper vocales habebant in initio, in illo hiatu solo diphthongi correptio neglegitur eiusque levissimae. huc si addimus offensionem, quam in versu illo spondeus pedis quarti praebet[3]), non possumus non probare Brunckii coniecturam, qui lenissima immutatione facta *ζέει* pro *ζεῖ* scribendum esse proposuit.

---

[1]) l. c. II 33.
[2]) Cf. edit. eius p. 385.
[3]) Cf. p. 57 sq.

B.

Inlustratis rationibus, quas Theocritus observasse videtur in producendis syllabis in hiatu positis, iam ad id hiatuum genus percensendum transeamus, in quo syllabae longae corripiuntur quodque, cum sit frequentissimum, vulgo pro legitimo habetur [1]). atque quotiens in singulis

[1]) In adferendis exemplis huc spectantibus ut eandem, quam supra, viam ineamus, ipsa ratio postulat. atque indicabo etiam, in quibus versus sedibus singuli hiatus reperiantur, qua in re huius modi signis uti mihi in animo est: I 1, I 2, II 1, II 2 e. q. s. significabo igitur, ut rem exemplis inlustrem, numeris I 2 alteram primae thesis partem, signo II 1 priorem alterius thesis partem, signo IV 2 alteram quartae thesis partem e. q. s. iam habes locorum singulorum indicem:

α: *a)* III 39 *ἀδαμαντίνα ἐστίν* (V 2), V 48 *σκιὰ οὐδέν* (IV 2), 124 *Ἱμέρα ἀνθ'* (I 2), VII 67 *πεπυκασμένα ἔστ'* (IV 2), 75 *Ἱμέρα αἴτε* (I 2), VIII 72 *κόρα ἐχθές* (IV 2), X 46 *ἁ τόμα ὔμμιν* (V 2), XI 2 *Νικία οὔτ'* (I 2), 20 *ἁπαλωτέρα ἀρνός* (V 2), 21 *σφριγανωτέρα ὄμφακος* (IV 2), 25 *κόρα, ἁνίκα* (IV 2); *b)* II 38 *ἁ δ' ἐμὰ οὐ* (I 2), 64 *μώνα ἐοῖσα* (II 1), 127 *θύρα εἴχετο* (IV 2), 131 *δευτέρα ἐκ* (IV 2), XIV 10 *Αἰσχίνα, ἀσυχᾶ* (IV 2), 58 *Αἰσχίνα. εἰ* (I 2), 65 *Αἰσχίνα. ὥστ'* (I 2), XV 1 *φίλα, ὡς* (IV 2), 2 *Εὐνόα αὐτῇ* (V 2), 27 *Εὐνόα, αἶρε* (I 2), 53 *ἀνέστα ὁ πυρρός* (II 1), 54 *Εὐνόα, οὐ* (I 2), 67 *Εὐνόα Εὐτυχίδος* (I 2), 68 *Εὐνόα ἁμῶν* (V 2), 76 *Εὐνόα ἅμιν* (II 2), 146 *ὀλβία ὅσσα* (I 2) et *πανολβία ὡς* (IV 2), 147 *ὥρα ὅμως* (I 2), XVIII 20 *οἷα Ἀχαιϊάδων* (I 1); *c)* XIII 2 *Νικία, ᾧ τινι* (I 2), XVI 12 *ἕδρα, ἐπήν* (III 1), XVII 21 *τετυγμένα ἐξ* (IV 2), 61 *βεβαρημένα ὠδίνεσσιν* (IV 2), XXIV 135 *τετυγμένα ἄγχοθι* (IV 2), XII 4 *λασιωτέρα ἀρνός* (V 2); *d)* XX 27 *γλυκερωτέρα ἢ μέλι* (IV 2), XXI 34 *σχολά ἐστι* (II 2).

ᾳ: *a)* I 63 *οὔ τι πᾳ εἰς* (I 2), V 10 *δεσπότᾳ ἧς* (IV 2), VII 114 *πέτρᾳ ὕπο* (I 1), VIII 45 *παντᾷ ἔαρ* (I 2), X 2 *δύνᾳ, ὡς* (IV 2), 9 *ἐργάτᾳ ἀνδρί* (V 2); *b)* XIV 2 *Αἰσχίνᾳ. ὡς* (I 2), 10 *ἀσυχᾷ ὀξύς* (V 2), 27 *ἀσυχᾷ οὑτῶς* (V 2); *c)* XXIV 110 *πυξίνᾳ ἐν* (I 2), epigr. VIII 3 *Νικίᾳ, ὅς* (I 2).

η: *a)* I 152 *μὴ ὁ τράγος* (III 2), IV 48 *εἰ μὴ ἄπει* (I 1), V 83 *δὴ ἐφέρπει* (V 1), VIII 54 (pentam.) *εἴη ἔχειν* (I 1); *b)* XIV 17 *ἐξηρέθη, ἧς* (IV 2), XV 25 *τῷ μὴ ἰδόντι* (V 1), 26 *εἴη. ἀεργοῖς* (III 1), XVIII 30 *ἢ ἅρματι* (III 2); *c)* XXII 6 *ἤδη ἐόντων* (V 1), 11 *πρῴραθεν, ἢ ὅππᾳ* (III 2), 155 *ἤδη ἑτοῖμοι* (V 1), 168 *πνοιὴ ἔχουσ'* (I 1), XXV 33 *ἢ δίκη οἰκήων* (I 2), 89 *νέφη ὑδατόεντα* (IV 2); *d)* XXVII 43 *τιμίη ἐσσί* (II 2), epigr. XVI 5 *Περιστέρη, ὡς* (*Περιστέρη* exhibet cod. c, — *στερή* cod. k, Ziegler edid. *Περιστερί*).

ῃ: *a)* XI 71 *ἀνιαθῇ, ἐπει* (III 1); *b)* XVIII 57 *κελαδήσῃ ἀνασχών* (III 1); *c)* XXII 14 *εἰκῇ ἀποκλασθέντα* (I 1), 205 *ἐστίῃ εἶδε* (IV 2), XXIV 78 *ἔσῃ Ἀργείαισι* (IV 2), XXV 20 *κείνῃ, ὅθι* (I 1), XII 36 *Λυδίῃ ἶσον* (I 2).

ω: *a)* I 115 *ὦ ἀν' ὤρεα* (III 1), 147 *Αἰγίλω ἰσχάδα* (IV 2), III 25 *τηνῶ ἀλεῦμαι* (V 1), 28 *μεμναμένω, εἰ* (IV 2), V 25 *ἴσω ἁμίν* (V 2), 72 *Θουρίω ἐστί* (IV 2), 98 *ἐγὼ ἐς* (I 2), 134 *ἐγὼ Εὐμήδευς* (I 2), VII 27 *τὸν δ' ἐγὼ ἀμειφθην* (I 2), 33 *ὄλβω ἀπαρχόμενοι* (I 1), 40 *Σάμω οὐδέ* (IV 2), VIII 3 *πυρροτρίχω, ἄμφω* (IV 2) et *ἄμφω ἀνάβω* (V 1), 4 *δεδαημένω, ἄμφω* (IV 2) et *ἄμφω ἀείδεν* (V 1), 7 *θέλω αὐτός* (IV 2), 18 *ἔχω ἐννεάφωνον* (IV 2), 19 *κάτω, ἶσον* (IV 2), 21 = 18, IX 30 *μή πω ἐπί* (I 1), X 5 *μέσω ἅματος* (IV 2), 12 *ἐγὼ ὦ Μίλων* (I 2), 13 *ἐκ πίθω ἀντλεῖς* (I 2) et *ἔχω οὐδ'* (IV 2), 14 *σπόρω ἄσκαλα* (IV 2), 37 *ἔχω εἰπεῖν* (V 2), XI 14 *αὐτῶ ἀπ' ἀιόνος* (I 1), 51 *ὑπὸ*

versus sedibus variae syllabae in hiatu positae corripiantur, his ex tabellis facile potest perspici:

σποδῷ ἀκάματον (IV 2); *b)* II 95 *νόσω εὑρέ* (IV 2), 145 *οὔτ' ἐγὼ αὖ* (I 2), XIV 7 *ὀπτῶ ἀλεύρω* (V 1), 36 *ἔξω ἀπῴχετο* (I 1), 46 *ἐξ ὧ ἀπ'* (I 1), 53 *'Επιχάλκω ἐρασθείς* (V 1), 69 *ἐπισχερὼ ἐς* (IV 2), XV 24 *ὀλβίω ὄλβια* (IV 2), 47 *ἐξ ὧ ἐν* (I 1), 123 *ὦ ἐκ λευκῶ* (III 2), 131 *χαιρέτω ἄνδρα* (V 2); *c)* XIII 38 *ἄμφω ἑταῖροι* (II 1), XVI 18 *ἀπωτέρω ἤ* (IV 2), 64 *χαιρέτω ὅς* (I 2), XVII 11 *καταλέξω; ἐπεί* (III 1), 135 *ἐγὼ ἶσα* (IV 2), XXII 35 *ἄμφω ἐρημάζεσκον* (I 1), 68 *συνερείσω ἱμάντας* (V 1), 139 *ἀδελφεὼ υἷ'* (IV 2), 170 *ἀνεψιὼ ἐκ* (IV 2), XXIV 8 *ἀδελφεώ, εὕσοα* (IV 2), 9 *ἀῶ ἴδοιτε* (V 1), 94 *ῥιψάτω εὖ* (I 2), XXV 4 *'Ερμέω ἀζόμενος* (I 2), 235 *τῷ δ' ἐγὼ ἄλλον* (I 2); *d)* XXI 24 *κοὐδέπω ἀώς* (V 2), XXVII 15 *χαιρέτω ἁ* (I 2), 17 *βαλλέτω ὡς* (I 2), 46 *βουκόλω ἔργα* (IV 2), epigr. XV 3 *χαιρέτω οὗτος* (I 2).

ῳ: a) I 31 *καρπῷ ἕλιξ* (I 1), 53 *σχοίνῳ ἐφαρμόσδων* (I 1), 57 *Καλυδωνίῳ αἶγα* (IV 2), 86 *αἰπόλῳ ἀνδρί* (IV 2), V 96 *παρθένῳ αὐτίκα* (IV 2), VI 4 *μέσῳ ἄματι* (III 2), VII 14 *αἰπόλῳ ἔξοχ'* (IV 2), 61 *διζημένῳ ἐς* (IV 2), VIII 80 *βουκόλῳ αἱ* (IV 2), X 56 *ἁλίῳ ἄνδρας* (IV 2), XI 10 *ῥόδῳ οὐδέ* (IV 2); *b)* II 2 *φοινικέῳ οἰός* (V 2), 54 *ἀγρίῳ ἐν* (IV 2), XIV 59 *ἐλευθέρῳ οἷος* (IV 2), XV 1 *χρόνῳ. ἔνδοι* (V 2), 73 *ἐν καλῷ εἱμές* (V 2), 74 *ἐν καλῷ εἴης* (V 2), 117 *ὑγρῷ ἐλαίῳ* (V 1), 127 *τῷ Ἀδώνιδι* (III 1) et *καλῷ ἁμά* (V 2), 132 *δρόσῳ ἀθρόαι* (IV 2); *c)* XIII 17 *αὐτῷ ἀριστῆες* (III 1), 40 *ἡμένῳ ἐν χώρῳ* (I 2), XVII 57 *Πτολεμαίῳ ἀρίζηλος* (III 1), 117 *ὀλβίῳ ἤ* (I 2), XXII 13 *ἱστίῳ ἄρμενα* (IV 2), 38 *ἀκηράτῳ· αἱ δ'* (IV 2), 39 *ἀργύρῳ ἰνδάλλοντο* (IV 2), 94 *χώρῳ ἐνί* (I 1), 198 *σκαιῷ· ὁ δέ* (I 1), XXIV 31 *τροφῷ αἰέν* (IV 2), 43 *πασσάλῳ αἰέν* (IV 2), 98 *θαλλῷ ἐπιρραίνειν* (I 1) et *ἐστεμμένῳ ἀβλαβές* (IV 2), 99 *καθυπερτέρῳ ἄρσενα* (IV 2), 125 *προβολαίῳ ὑπ' ἀσπίδι* (III 1), XXV 90 *οὐρανῷ εἶσιν* (II 2), 133 *ἐν νομῷ· ὧδ'* (I 2), 143 *αὐτῷ ἔπειτ'* (I 1) et *ἐνσκόπῳ Ἡρακλῆι* (IV 2), 148 *ὤμῳ ἐπιβρίσας* (I 1), 228 *ἐν τρίβῳ ὑλήεντι* (I 2), 261 *ὀστέῳ ἐγκεφάλοιο* (IV 2), 275 *πειρωμένῳ, οὐδέ* (IV 2), XII 15 *ζυγῷ. ἦ ῥα* (IV 2), fr. Beren. 2 *κείνῳ ἄροτρα* (V 1), 3 *θεῷ ἱερόν* (IV 2), epigr. XIII 3 *οἴκῳ ἐν* (I 1); *d)* XXI 8 *φυλλίνῳ· ἐγγύθι* (IV 2), XXVII 21 *κακωτέρῳ ἀνέρι* (IV 2), 47 *παρθένῳ ἄλσεα* (IV 2), epigr. XVI 1 *ἑβδόμῳ ἦδ'* (IV 2).

αι: a) I 1 *καὶ ἁ πίτυς* (III 2), 2 *μελίσδεται, ἁδύ* (IV 2), 8 (IV 2), 17 (IV 2), 26 (IV 2), 29 (IV 2), 31 (III 1), 33 (III 2), 35 (V 2), 36 (IV 2), 55 (IV 2), 64 (IV 2, qui versus iteratur 70, 73, 76, 79, 84, 89 [108, 111]), 82 (IV 2), 85 (IV 1), 88 (I 2), 91 (I 2), 95 (III 2), 103 (IV 2), 130 (V 2), 134 (III 2), 145 (III 1), 147 (III 1); III 2 (III 1), 8 (IV 2), 11 (III 2), 13 (III 2), 17 (III 1), 20 (I 2), 21 (III 2), 26 (IV 2), 31 (I 2), 35 (I 2), 37 (I 2), 50 (IV 2); IV 10 (III 2), 12 (IV 2), 14 (III 2), 16 (IV 2), 21 (IV 2), 23 (IV 2), 25 (III 2), 28 (IV 2), 31 (IV 2), 39 (IV 2), 54 (V 2), 55 (III 2), 57 (III 2); V 22 (IV 2), 25 (IV 2), 31 (IV 2), 33 (IV 2), 34 (III 2), 35 (IV 2), 39 (V 1), 40 (III 2), 42 (III 2), 44 (III 2), 48 (III 2), 49 (III 2), 50 (III 2), 54 (III 2), 60 (III 2), 63 (IV 2), 65 (IV 2), 89 (III 2), 99 (V 2), 120 (IV 2), 128 (III 2), 129 (III 2), 131 (III 2); VI 15 (I 2 et IV 2), 17 (III 2), 25 (I 2), 27 (IV 2); VII 1 (III 2), 5 (V 2), 24 (IV 2), 31 (I 2), 35 (V 2), 43 (IV 2), 45 (IV 2), 52 (I 2), 62 (III 2), 70 (III 2), 74 (III 2), 107 (V 2), 110 (III 2), 116 (I 2), 131 (III 2), 141 (III 1); VIII 11 (V 1), 12 (V 1), 25 (V 2), 47 (IV 2), 55 (IV 2), [77 (IV 2)], 82 (III 1), 85 (II 2), 88 (III 1), 90 (III 1); IX 4 (III 2), 6 (IV 2), 22 (III 2), 32 (V 2), 35 (IV 2); X 5 (III 2), 15 (IV 2), 17 (IV 2), 20 (I 2), 28 (III 2), 34 (III 2), 47 (IV 2); XI 3 (V 2), 12 (V 1), 27 (III 1), 28 (III 2), 38 (IV 2), 42 (III 2), 51 (III 1), 58 (IV 2), 63 (III 2),

vocales et diphthongi	I thesis		II thesis		III thesis		IV thesis		V thesis		summa	
	1	2	1	2	1	2	1	2	1	2		
					a) in cc. bucol.							
α	—	3	—	—	—	—	—	5	—	3	11	
ᾳ	1	2	—	—	—	—	—	2	—	1	6	
η	1	—	—	—	—	1	—	—	1	—	3	60
ῃ	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1	
ω	3	5	—	—	1	—	—	14	3	2	28	
ῳ	3	—	—	—	—	1	—	8	—	—	11	
αι	—	12	—	1	12	40	1	42*	4	12	124	
ει	—	1	—	—	—	3	—	6	1	—	11	
οι	5	8	1	1	3	3	—	10	3	5	39	178
ευ	—	—	—	—	2	—	—	2	—	—	4	
ου	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	
	12	31	1	2	19	48	1	89	12	23	238	

* Versum intercalarem I 64 semel tantum numeravi.

67 (V 2), 78 (III 1), 79 (V 2); *b)* II 3 (V 2), 9 (IV 2), 10 (IV 2), 11 (IV 2), 14 (III 2), 18 (IV 2), 34 (III 2), 40 (IV 2), 41 (IV 2), 44 (IV 2 et V 2), 49 (III 1 et V 2), 50 (III 2), 55 (I 1), 72 (III 1), 77 (III 2), 90 (III 2), 101 (IV 1), 102 (III 2), 113 (III 2), 127 (III 2), 132 (I 2), 141 (III 2), 143 (III 2), 149 (III 2), 150 (V 2), 152 (III 2), 159 (IV 2); XIV 12 (III 1), 18 (V 1), 45 (V 1), 66 (III 1), 69 (III 1); XV 12 (IV 2), 25 (III 1), 27 (III 2), 57 (V 2), 64 (III 2), 68 (I 1), 72 (IV 2), 73 (IV 2), 76 (I 2), 77 (III 1), 79 (I 1), 82 (III 2), 88 (V 1), 89 (V 2), 91 (IV 2), 92 (I 1), 99 (V 2), 100 (III 2), 104 (IV 2), 111 (V 1), 112 (III 1), 118 (III 2), 120 (V 1), 132 (V 2), 135 (III 1), 136 (III 2), 142 (III 2), 143 (III 2), 144 (III 2), 149 (III 2); XVIII 7 (III 1), 14 (IV 1 et V 1), 28 (I 2), 31 (I 2), 32 (IV 2), 35 (IV 2), 36 (III 2), 39 (III 2), 40 (IV 2), 41 (IV 2), 43 (IV 2), 47 (IV 2); *c)* XIII 3 (V 2), 5 (I 2), 9 (III 1), 37 (III 2), 42 (III 2), 44 (I 1 et IV 2), 47 (I 1 et V 1), 75 (III 2); XVI 3 (II 2 et IV 2), 6 (V 2), 9 (III 1), 16 (V 2), 18 (III 1), 20 (III 1), 21 (V 2), 24 (V 1), 25 (V 2), 27 (IV 2) 28 (III 1), 30 (I 2), 31 (III 1), 42 (III 2), 46 (III 2), 51 (III 2), 58 (IV 2), 66 (III 2), 67 (III 2), 73 (I 2), 81 (I 2), 99 (IV 1), 101 (V 2), 103 (III 2), 104 (IV 2), 105 (III 1); XVII 1 (III 2), 8 (III 2), 10 (V 2), 25 (III 1), 27 (III 1), 28 (I 1), 33 (I 2), 77 (I 2 et III 2), 86 (IV 2), 88 (III 2), 91 (V 2), 96 (V 2), 105 (V 2), 113 (V 1), 115 (III 1), 118 (I 2), 120 (III 1), 121 (III 2), 122 (V 2), 131 (I 2) 133 (V 2), 135 (V 2), 136 (I 2), 137 (I 2); XXII 1 (III 2), 8 (III 2), 11 (I 2) 16 (III 2), 17 (III 2), 24 (III 1), 32 (IV 1), 41 (III 2), 51 (III 2), 63 (I 2), 67 (III 1), 71 (IV 2), 109 (III 2), 117 (I 2 et III 2), 124 (IV 1), 129 (III 1), 140 (IV 1), 150 (I 2 et III 2), 153 (III 2), 158 (II 2), 160 (I 2), 164 (II 1), 169 (III 1), 173 (II 1), 193 (III 2), 202 (III 2), 213 (III 2), 214 (III 2), 215 (III 2), 221 (II 1), 222 (III 2); XXIV 3 (III 2), 7 (IV 1), 9 (III 2), 24 (III 1), 34 (IV 1), 67 (III 1 et V 1), 69 (III 2), 75 (V 2), 76 (I 1), 81 (III 2), 84 (IV 2), 87 (III 1), 101 (I 1), 107 (III 1 et V 1), 109 (III 2), 119 (III 1), 126 (V 1), 128 (III 2), 130 (III 2), 137 (III 2); XXV 3 (IV 2), 8 (III 1), 9 (III 1), 11 (V 2), 19 (I 2), 24 (IV 1), 28 (III 1), 30 (III 1), 35 (I 2), 37 (I 2), 39 (I 2 et V 2), 44 (III 2), 58 (IV 2), 59 (V 2), 67 (V 2), 79 (IV 2), 81 (V 2),

vocales et diphthongi	I thesis		II thesis		III thesis		IV thesis		V thesis		summa	
	1	2	1	2	1	2	1	2	1	2		
					b) in cc. mim.							
α	2	7	2	1	—	—	—	5	—	2	19	48
ᾳ	—	1	—	—	—	—	—	—	—	2	3	
η	—	—	—	—	1	1	—	1	1	—	4	
ῃ	—	—	—	—	1	—	—	—	—	—	1	
ω	3	1	—	—	—	1	—	3	2	1	11	
ῳ	—	—	—	—	1	—	—	4	1	4	10	
αι	4	4	—	—	9	25	3	18	6	8	77	117
ει	1	—	—	—	—	—	—	6	—	4	11	
οι	2	7	—	—	3	—	—	9	3	4	28	
ευ	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	1	
ου	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	
	12	20	2	1	15	27	3	47	13	25	165	
					c) in cc. epicis							
α	—	1	—	—	1	—	—	3	—	1	6	60
ᾳ	—	2	—	—	—	—	—	—	—	—	2	
η	1	1	—	—	—	1	—	1	2	—	6	
ῃ	2	1	—	—	—	—	—	2	—	—	5	
ω	4	1	1	—	1	—	—	5	2	—	14	
ῳ	6	4	—	1	3	—	—	12	1	—	27	
αι	7	24	3	2	30	51	7	19	10	28	181	295
ει	4	1	—	—	2	2	—	7	1	—	17	
οι	11	11	3	5	5	—	—	27	4	6	72	
ευ	—	—	—	—	—	—	—	2	—	—	2	
ου	7	3	1	—	—	—	—	10	—	2	23	
	42	49	8	8	42	54	7	88	20	37	355	
					in omnibus Theocr. cc. gen.							
in universum	65	100	11	11	76	129	11	224	45	85	757	

83 (III 2), 84 (I 2), 88 (IV 2 et V 1), 94 (IV 2), 112 (I 2), 113 (III 1), 119 (V 2), 132 (I 1), 166 (III 2), 172 (V 1), 173 (IV 2), 174 (I 2 et IV 2), 178 (IV 2 et V 2), 180 (V 2), 187 (III 1), 196 (V 1), 216 (III 2), 218 (V 2), 224 (III 2), 246 (V 2), 253 (III 1), 254 (III 1), 259 (III 1), 276 (I 2), 278 (III 2), 281 (III 2); XXVI 2 (V 1), 4 (III 2), 15 (V 2), 23 (III 2), 25 (IV 2), 26 (III 2), 30 (III 2), 35 (I 1 et V 2), 36 (IV 2); XII 1 (V 2); fragm. Ber. 1 (III 1 et V 2), 5 (III 2); epigr. I 1 (III 2), VIII 1 (I 2); *d)* XIX 4 (III 2), 6 (III 2); XX 13 (III 2), 28 (III 2), 36 (III 2), 39 (III 2); XXI 11 (III 2), 45 (IV 2), 51 (III 2); XXIII 3 (III 2), 6 (III 2), 14 (V 2), 20 (II 1), 25 (I 2), 27 (IV 2), 28 (III 2), 30 (IV 2), 31 (IV 2), 39 (III 2); XXVII 4 (I 2), 5 (III 1), 8 (IV 2), 9 (III 2), 16 (III 2), 18 (III 2), 23 (I 1), 31 (V 2), 35 (III 2), 36 (V 2), 40 (III 2), 44 (V 2), 52 (III 2), 56 (IV 2), 63 (III 2); epigr. III 3 (III 1), 5 (IV 2), IV 7 (III 2), VI 3 (I 2), 6 (pent. IV 2), VII 1 (V 2), 4 (pent. IV 2), VIII 1 (I 2), IX 1 (V 2), 4 (pent. IV 1), XV 1 (I 1 et V 1), XVI 5 (I 1).

vocales et diphthongi	I thesis		II thesis		III thesis		IV thesis		V thesis		summa	
	1	2	1	2	1	2	1	2	1	2		
	d) in cc. dubiae orig.											
α	—	—	—	1	—	—	—	1	—	—	2	13
ᾳ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	
η	—	—	—	1	—	—	—	1	—	—	2	
ῃ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	
ω	—	3	—	—	—	—	—	1	—	1	5	
ῳ	—	—	—	—	—	—	—	4	—	—	4	
αι	3	4	1	—	2	20	—	7	1	6	44	59
ει	—	—	—	—	—	—	—	2	—	—	2	
οι	—	1	—	—	3	1	—	5	—	1	11	
ευ	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	
ου	—	—	—	—	—	1	—	—	1	—	2	
	3	8	1	2	5	22	—	21	2	8	72	

ει: *a)* I 52 *πλέκει ἀκριδοθήραν* (IV 2), III 39 *ἐπεὶ οὐκ* (III 2), 52 *μέλει· οὐκέτ* (IV 2), IV 43 *πέλει αἴθριος* (III 2), V 62 *κρινεῖ; αἴθ'* (I 2), 85 *λέγει* >*αὐτὸς ἀμέλγεις*< (IV 2); VII 14 *ἐπεὶ αἰπόλῳ* (III 2), VIII 17 *ἑξεῖ ὁ νικῶν* (V 1), XI 2 *δοκεῖ, οὔτ'* (IV 2), 29 *μέλει, οὐ* (IV 2), 36 *θέρει οὔτ'* (IV 2); *b)* XIV 7 *δοκεῖ, ὀπτῶ* (IV 2), 29 *ἐν βάθει ἦμες* (V 2), 58 *δοκεῖ ὥστ' ἀποδαμεῖν* (IV 2), 64 *δεῖ οὐκ* (IV 2), 70 *δεῖ, ἄς* (IV 2), XV 13 *λέγει ἀπφῦν* (V 2), 31 *ἔγχει ὕδωρ* (I 1), 40 *δάκνει ἵππος* (V 2), 55 *μένει ἔνδον* (V 2), XVIII 20 *πατεῖ οὐδέ* (IV 2); *c)* XVI 1 *μέλει, αἰέν* (IV 2), 96 *ἀχεῖ ἐν* (I 1), XVII 22 *ἔχει οὐρανίδαισι* (IV 2), 45 *κάλλει ἀριστεύουσα* (I 1), 79 *φύει, ὅσα* (III 1), 81 *ἔχει ἔργα* (IV 2), XXII 43 *ἐπιβρύει ἀν λειμῶνας* (IV 2), 80 *οἱ δ' ἐπεὶ οὖν* (I 2), 171 *ποθεῖ, αἵματι* (IV 2), XXIV 35 *ἴσχει ὀκνηρόν* (V 1), 73 *θάρσει ἀριστοτόκεια* (I 1), 79 *μέλλει ἐς* (III 1), 123 *Ἄργει ἐν* (I 1), XXV 38 *ἐπεὶ οὐ* (III 2), 40 *ἐπιπρέπει. ἦ ῥά νυ* (IV 2), 184 = 38, XXVI 31 *ἔχει αἰετός* (IV 2); *d)* epigr. XIV 1 *νέμει ἦδε* (IV 2), XV 3 *ἐπεὶ Εὐρυμέδοντος* (IV 2).

οι: *a)* I 18 *καί οἱ ἀεί* (I 1), 33 *πὰρ δέ οἱ ἄνδρες* (V 2), 43 (I 2), 53 (IV 2), 71 (IV 2), 80 (V 2), 115 (I 2); III 1 (V 2), 11 (V 2), 22 (I 1), 36 (III 1 et IV 2), 53 (IV 2); IV 1 (I 2), 2 (IV 2); V 8 (I 1), 11 (II 1), 18 (I 2), 72 (I 2); VII 20 (IV 2), 43 (I 1), 50 (V 1), 87 (I 1); VIII 6 (V 1), 41 (IV 2), 86 (V 2); IX 10 (V 1), 16 (IV 2), 20 (IV 2); X 10 (III 1), 14 (III 1), 32 (I 2), 33 (I 2), 45 (II 2); XI 16 (III 2), 40 (IV 2), 47 (III 2), 50 (I 2), 54 (I 1), 56 (IV 2); *b)* II 6 (V 2), 72 (IV 2), 98 (IV 2), 138 (IV 2), 145 (IV 2), 149 (I 2), 154 (I 2), 161 (I 2); XIV 36 (V 1), 48 (IV 2); XV 6 (V 2), 35 (V 1), 44 (I 2), 46 (I 2), 49 (IV 2), 61 (IV 2), 87 (III 1), 112 (I 2), 113 (IV 2), 120 (III 1), 121 (I 1), 122 (IV 2), 124 (I 2), 125 (V 2), 141 (I 1); XVIII 17 (III 1), 21 (V 1), 37 (V 2); *c)* XIII 11 (IV 2), 18 (IV 2), 38 (III 1), 46 (I 1), 57 (II 2), 66 (I 2); XVI 4 (II 2 et IV 2), 12 (V 1), 34 (I 1), 47 (IV 2), 64 (V 2); XVII 41 (IV 2), 62 (I 2), 75 (IV 2), 94 (IV 2); XXII 23 (IV 2 et V 2), 36 (IV 2), 49 (III 1 et IV 2), 54 (IV 2), 95 (I 1), 118 (I 1), 135 (III 1), 154 (II 2), 155 (IV 2), 162 (V 2), 163 (IV 2), 179 (I 2), 180 (II 1), 210 (IV 2); XXIV 9 (I 2 et IV 2), 20 (IV 2), 23 (I 1), 29 (IV 2), 33 (IV 2), 42 (V 1), 44 (I 1), 54 (I 1), 88 (III 1),

accedunt sex huius modi hiatus exempla, quae in pentametris reperiuntur; atque quattuor eorum extant in epigrammatis dubiae originis.

Cum in hiatibus supra tractatis multo plura viderimus exempla, quae longas vocales (vel diphthongos *ᾳ, ῃ, ῳ*) quam quae diphthongos *αι, ει, οι, ευ, ου* exhibent, in hoc hiatus genere res prorsus diversa est. itaque etiam hinc conligere licet vocales longas firmiores esse quam diphthongos; hae enim cum e binis constent partibus, facile in eas dissolvuntur, ita quidem, ut pars posterior vim accipiat litterae consonantis, prior autem non plus quam syllaba brevis valeat[1]. in primis diphthongi *αι* et *οι* hac in re nominandae sunt; nam etsi negari nequit harum terminationum omnino in lingua Graeca amplissimos esse fines, tamen recte se habere iudicium, quod protulimus de earum vi, iam ex comparatione hiatuum, in quibus corripiuntur syllabae, cum hiatibus, in quibus producuntur, elucet. eaedem diphthongi etiam apud alios poetas epicos in hiatu saepissime corripiuntur[2].

Quod si de discrimine quaeritur, quod inter varia carminum Theocriteoorum genera intercedit, reperiuntur correptiones hiatu factae

a)	in centenis	vv.	carminum	bucolicorum	27·3,
b)	„	„	„	mimicorum	37·0,
c)	„	„	„	epicorum	33·5,
d)	„	„	„	dub. orig.	25·1.

---

100 (IV 2), 113 (I 1), 111 (IV 2), 114 (I 2), 123 (V 1), 124 (I 1); XXV 12 (IV 2), 14 (II 2), 16 (IV 2), 20 (III 1), 27 (IV 2), 34 (II 1), 37 (II 1), 60 (IV 2), 66 (I 2), 78 (I 2), 120 (I 2), 130 (I 2), 151 (V 2), 191 (IV 2), 223 (I 1), 236 (II 2), 243 (V 2), 260 (V 2), 276 (I 2); XII 14 (V 1), 17 (IV 2), 22 (IV 2), 28 (I 2), 31 (I 1); epigr. I 4 (pent. IV 2); *d)* XX 9 (IV 2), XXIII 20 (V 2), 45 (IV 2); XXVII 32 (I 2), 43 (IV 2), 51 (III 2), 56 (III 1), 69 (IV 2); epigr. III 5 (IV 2), IV 10 (pent. I 2), IX 1 (III 1), XI 3 (III 1).

ευ: *a)* III 37 *ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός* (III 1), VI 36 *καλὰ δέ μευ ἁ μία* (IV 2), VIII 83 *μελπομένω τευ ἀκουέμεν* (III 1), X 22 *ἀμβάλευ. ἅδιον* (IV 2); *b)* XV 68 *ἔχευ Εὐνόα* (IV 2); *c)* XVI 21 *ἐμεῦ οἴσεται* (IV 2), XXII 61 *ἐξ ἐμεῦ οὐκ* (IV 2).

ου: in cc. bucol. et mim. nullum reperitur exemplum, in ep. (*c*) extant haec: XIII 26 *τετραμμένου εἴαρος* (IV 2), 50 *οὐρανοῦ ἤριπεν* (IV 2), XVI 20 *ἄλλου ἀκούσαι* (II 1), XVII 32 *λευκοσφύρου Ἥβης* (V 2), XXII 6 *ἐπὶ ξυροῦ ἤδη* (IV 2), 8 *οὐρανοῦ ἐξανιόντα* (IV 2), 14 *οὐρανοῦ ὄμβρος* (V 2), 17 *ἐκ βυθοῦ ἕλκετε* (IV 2), 40 *ἐκ βυθοῦ· ὑψηλαί* (I 2), 202 *ὀμφαλοῦ· ἔγκατα* (IV 2), 207 *Ἀφαρηίου ἐξανέχουσαν* (IV 2), 208 *τύμβου ἀναρρήξας* (I 1), XXIV 16 *οἴκου, ἀπειλήσασα* (I 1), 24 *κοίλου ὑπέρ* (I 1), 33 *δεσμοῦ ἀναγκαίου* (I 1), 38 *ἀωρί που, οἱ δέ* (IV 2), 88 *ὑπὸ σποδοῦ εὔτυκον* (IV 2), 90 *ἢ βάτου ἤ* (I 2), XXV 15 *Μηνίου ἀμμέγα* (I 2), 146 *σκαιοῦ ἄφαρ* (I 1), 244 *θυμοῦ ἐνεπλήσθη* (I 1), 248 *ἐρινεοῦ εὐκεάτοιο* (IV 2), 257 *αὐτοῦ ἐπί* (I 1); *d)* XXVII 32 *γάμου ἄξιον* (III 2), epigr. V 5 *ἄντρου ὄπισθεν* (V 1).

[1]) Cf. etiam, quae exposuit Hartel Annal. gymn. Austr. XXVII (1876), p. 632 sq.

[2]) Cf. Rzach 'Der Hiatus bei Apoll. Rhod.' p. 55.

Ea igitur ex edylliis Theocriti, quae bucolici sunt generis, rarissime syllabas hiatu correptas exhibent; poetae autem edylliorum originis incertae non solum nullum hiatum ita comparatum admiserunt, in quo syllaba longa maneret integra, sed etiam huius, qui legitimus dicitur, hiatus usum artioribus circumscripserunt cancellis. longas vero vocales cum diphthongis ᾳ, ῃ, ῳ si spectamus, multo saepius in edylliis bucol. et mim. quam in ep. eas corripi e tabellis propositis patet.

Si in sede hiatuum, quibus syllabae corripiuntur, oratio distinguitur, uno loco excepto semper illud fit aut in caesuris bucolica et tertii pedis trochaica aut in pede primo (vel post priorem vel post alteram thesis partem). interpungitur enim in genuinis Theocriti carminibus in hiatibus huius generis in universum centiens undeciens, in caesura bucol. septuagiens bis. e reliquis locis, qui sunt numero XXXIX, exhibent XX interpunctionem in caesura pedis tertii trochaica, V post priorem, XIII post alteram primae thesis partem. in uno versu (XV 1) syllabam in fine pedis quinti hiatu correptam sequitur interpunctio; sed hunc locum repetitione vocabuli ἔνδοι excusari iam p. 61 ostendimus. in edylliis originis dubiae noviens interpungitur, septiens post pedem quartum, bis (epigr. VIII 3, XV 1) post alteram brevem primi pedis syllabam.

Quod vero ad frequentiam hiatuum, de quibus est quaestio, in singulis pedibus adtinet, in aliis versus sedibus aliam esse tabellis propositis docemur. primum quidem locum hac in re obtinet altera pars thesis quartae, praesertim si eorum exemplorum habemus rationem, in quibus leguntur longae vocales et diphthongi ᾳ, ῃ, ῳ. nam in huius modi exemplis e CLXVIII locis (in cc. gen.) exhibent LXV vel 38·7 % hiatum in fine pedis quarti; contra exemplorum DXC, in quibus leguntur leviores diphthongi, CLIX modo vel 26·9 % in illa versus sede hiatum praebent. monendum autem est etiam apud alios, qui hexametro utebantur, poetas maximam id genus hiatuum partem reperiri in altera brevi syllaba pedis quarti [1]).

Ad hanc versus sedem in Theocriti edylliis proxime accedit altera pars thesis tertiae; hoc tamen sola multitudine exemplorum, in quibus inest diphthongus αι, efficitur. exhibent enim e locis CXXVIII huc pertinentibus CXVI illam diphthongum; atque in his exemplis omnibus legitur vocula καί, quae propter antecedentem caesuram primariam in ea sede hexametri est frequentissima. e reliquis XII exemplis exhibent V diphthongum ει

---

[1]) In Apollonii Argonauticis inter MDCXLIII eius modi hiatus extant CCCCXXVIII in eadem versus sede; cf. Rzach. l. c. ac similiter rem se habere apud Hesiodum elucet ex eis, quae exposuit idem progr. Micropragens. a. 1875 p. 11 sqq. (Hesiodische Untersuchungen).

correptam (IV in vocula *ἐπεί*: III 39, VII 14, XXV 38 et 184, unum in vocabulo *πέλει*: IV 43 *πέλει αἴθριος*); locis II corripitur *οι* (semel in dativo *οἱ*: XI 16, semel in *μοί*: XI 46) locis III *η* (bis in vocula *ἤ*: XVIII 30, XXII 11, semel in *μή*: I 152); semel corripitur vocula *ὦ* (XV 123), semel *ῳ* vocis *μέσῳ* (VI 4 *μέσῳ ἄματι*). eodem modo in edyll. dubiae originis, ubi in altera tertii pedis syllaba brevi hiatus huius generis sunt frequentissimi (XXII inter LXXII), semper fere *αι* voculae *καί* ea in sede hexametri correptum reperitur.

Deinde in pede primo, praecipue in altera primae thesis parte[1]) syllabae hiatu, de quo agitur, frequenter corripiuntur. rarissime autem tale quid Theocritus admisit in priore parte thesis quartae et in pede altero. illa quidem in sede versus heroici undeciens tantum eius modi hiatus invenitur ac semper in eo legitur vocula *καί* (I 85; II 41, 101; XVIII 14; XVI 99; XXII 32, 124, 140; XXIV 7, 34; XXV 24), quae exemplorum paucitas haud dubie cum studio vitandae incisionis trochaicae quarti pedis cohaeret. sed eandem, quae est in priore brevi syllaba pedis quarti, etiam in utraque thesis alterius parte horum hiatuum esse frequentiam (in edylliis dico Theocriti gen.) tabula, quam proposuimus, ostenditur. ex ambabus igitur huius thesis partibus XXII hiatus exempla in censum veniunt. atque XVI eorum ita sunt comparata, ut diphthongi levissimae *αι* et *οι* in eis corripiantur. illa corripitur quinquiens in vocabulo *καί*: VIII 85 (II 2); XXII 158 (II 2), 164 (II 1), 173 (II 1), 221 (II 1), semel in nom. plur. *θεαί*: XVI 3 (II 2); *οι* corripitur sexiens in vocabulis *μοί, τοί, οἱ*: V 11 (II 1); XIII 57 (II 2), XXII 180 (II 1), XXV 34 (II 1), 37 (II 1), 236 (II 2), quater in nom. plur.: X 45 *σύκινοι* (II 2); XVI 4 *βροτοί* (II 2), XXII 154 *φίλοι* (II 2), XXV 14 *νόμοι* (II 2). semel corripitur in pede altero diphthongus *ου*: XVI 20 *ἄλλου ἀκοῦσαι* (II 1). itaque restant loci quinque, quibus leguntur longae vocales vel graviores diphthongi. ac ter *ᾱ* correptum reperitur: II 64 *μώνα ἐοῖσα* (II 1; sic edidit Ziegler e Brunckii coniectura, codd. m et p habent *μούνη*, quae est lect. vulg.), XV 53 *ἀνέστα ὁ πυρρός* (II 1), 76 *Εὐνόα ἄμιν* (II 2); semel corripitur *ω*: XIII 38 *ἄμφω ἑταῖροι* (II 1), semel *ῳ*: XXV 90 *οὐρανῷ εἶσιν* (II 2).

In universum in eo hiatus genere, quod tractamus, observari potest multo saepius syllabas in fine dactyli quam in priore thesis parte corripi. quae res ex indice, quem proponam, facillime poterit cognosci. corripiuntur enim accedente hiatu:

---

[1]) Apud Apollonium haec versus sedes, si de frequentia huius generis hiatuum agitur, proxime ad alteram quartae thesis partem accedit; inveniuntur enim in ea hiatus CCXXXIV.

	α	ᾳ	η	ῃ	ω	ῳ	summa	αι	ει	οι	ευ	ου	summa	summa omnium correption.
a) in cc. bucol.														
in priore thesis parte:	—	1	2	1	7	2	13	17	1	13	2	—	33	46
in fine dactyli:	11	5	1	—	21	9	47	107	10	27	2	—	146	193
b) in cc. mim.														
in priore thesis parte:	4	—	2	1	5	2	14	22	1	8	—	—	31	45
in fine dactyli:	15	3	2	—	6	8	34	55	9	20	1	—	85	119
c) in cc. epicis														
in priore thesis parte:	1	—	3	2	8	10	24	57	7	23	—	8	95	119
in fine dactyli:	5	2	3	3	6	17	36	124	10	49	2	15	200	236
in omnibus Theocriti cc. gen.														
in priore thesis parte:	5	1	7	4	20	14	51	96	9	44	2	8	159	210
in fine dactyli:	31	10	6	3	33	34	117	286	29	96	5	15	431	549
d) in cc. dubiae orig.														
in priore thesis parte:	—	—	—	—	—	—	—	7	—	3	—	1	11	11
in fine dactyli:	2	—	2	—	5	4	13	37	2	8	—	1	48	61

Itaque cum in omnibus carminum generibus tum maxime in edylliis bucol. et dub. eorum hiatuum numerum, qui in mediis dactylis extant, longe superari videmus numero hiatuum, qui reperiuntur in dactylorum confinio. intercedit enim inter frequentiam hiatuum, qui in priore thesis parte, et eorum, qui in dactylorum confiniis sunt positi,

a) in cc. bucol. eadem ratio, quae inter numeros 1 et 4·2,
b) „ „ mim. „ „ „ „ „ 1 „ 2·6,
c) „ „ ep. „ „ „ „ „ 1 „ 2·0,
d) „ „ dub. „ „ „ „ „ 1 „ 5·5.

Sed Homerus quoque aliique poetae epici multo saepius in dactyli fine quam post priorem thesis partem hiatus, quibus syllabae corripiuntur, admiserunt. cuius rei causa e poetarum studio singulos hexametri pedes inter se artissime conectendi repetenda esse videtur[1]). nam si longa syllaba finalis insequente voce a vocali incipiente corripienda est, vitetur necesse

[1]) Cf. Hartelium l. c. II 49.

est inter vocabula illa vocis intermissio; cf. quae dixit Hartel l. c. II 45 'Sobald die langen Vocale und Diphthonge, in die Senkung des Verses gestellt, der mächtigen Stütze des Ictus entbehren, schrumpfen sie zu Kürzen zusammen, offenbar in Folge des schnellen Zusammensprechens mit dem nächsten vocalischen Anlaut.'

Quod si apud Theocritum terminationes η et ῃ non rarius, immo frequentius etiam in priore brevi syllaba dactyli quam in altera corripiuntur, propter ipsam exemplorum vocales illas exhibentium paucitatem ea res minoris momenti esse videtur; minime vero ita premenda est, ut pressit O. Grulich[1]) similem diphthongorum ᾳ et ῃ in Homeri carminibus rationem. ceteras autem terminationes haud multum in re, de qua agitur, inter se differre ex indice proposito satis patet.

II.

Iam de eo hiatuum genere disputaturi sumus, in quo breves vocales finales insequente voce a vocali incipiente elisione non removentur. hic vero vocalium concursus propria ac principali significatione hiatus a multis grammaticis vocatur. et cum in hiatibus, in quibus longae syllabae integrae manent, admittendis Theocritum semper fere ad exemplum aliquod Homericum sese adplicasse vidimus, tum in huius generis hiatu et ferendo et vitando plurimum valuisse Homeri auctoritatem statim adparebit. ac priore quidem loco *(A)* verba nobis facienda erunt de hiatibus, quos vocabula, quae apud Homerum digamma in initio habebant, excipiunt, altero *(B)* de neglectis brevium vocalium elisionibus ante voces, quae omnibus temporibus initium capiebant a vocalibus.

A.

Inter vocabula, quorum littera initialis quondam fuit consona spirans, longe saepissime hiatum, quem tractamus, pronomen excipit personae tertiae ac semper fere dativus οἱ: *a)* I 43 *ὧδέ οἱ* (I 1), 53 *μέλεται δέ οἱ* (IV 1), V 133 *ὄκα οἱ* (III 2), VII 17 *ἀμφὶ δέ οἱ* (I 2), 20 *γέλως δέ οἱ* (IV 1), 82 *οὕνεκά οἱ* (I 2), XI 16 *τό οἱ ἥπατι* (III 1); *b)* II 6 *ἦ ῥά οἱ* (V 1), 72 *ἐγὼ δέ οἱ* (IV 1), 98 *τηνεῖ δέ οἱ* (IV 1), 138 = 72, 153 *καὶ φάτο οἱ* (I 2), 161 *τοῖά οἱ* (I 1), XV 130 *ἔτι οἱ* (III 2); *c)* XIII 57 *τό οἱ αἰέν* (II 1), XVI 64 *ἀνάριθμος δέ οἱ* (IV 1), XVII 62 *ἡ δέ οἱ* (I 1), 75 *πολὺς δέ οἱ* (IV 1), XXII 210 *χερῶν δέ οἱ* (IV 2), XXIV 82 *δώδεκά οἱ* (I 2), 136 *μάλα οἱ* (III 2), XXV 2 *ἔργοιο, τό οἱ* (III 2), 66 *μή τί οἱ* (I 1), 109 *ἥντινά οἱ* (I 2), 120 *καί ῥά οἱ* (I 1), 148 *ὁ δέ οἱ* (III 2), 243 *πᾶς δέ οἱ* (V 1), 260 *ὅσσε οἱ* (V 1), 270 *μέχρι οἱ* (I 1); *d)* XXVII 69 *κρα-*

---

[1]) In 'Quaestt. de quodam hiatus genere in Homeri carm.', Halis Sax. 1876, p. 59 sqq.

δίῃ δέ οἱ (IV 1). sunt in universum XXX exempla, quae inter singulas hexametri sedes hunc in modum distribuuntur:

I 1—6, II 1—1, III 1—1, IV 1—8, V 1—4,
I 2—5, II 2—0, III 2—5, IV 2—0, V 2—0.

id vero, quod maxima horum hiatuum frequentia est in priore parte thesis quartae, inde videtur esse explicandum, quod vocula *οἱ* similiter atque aliae encliticae in fine pedis quarti propriam habet sedem [1]). ex Homeri carminibus conferas quaeso cum hiatibus adlatis locos: *Γ* 312 *πὰρ' δέ οἱ* (I 1), *E* 300 *πρόσθε δέ οἱ* (I 2), *Θ* 129 *δίδου δέ οἱ* (IV 1), *Α* 291 *τούνεκά οἱ* (I 2), *Υ* 289 *σάκος, τό οἱ* (III 1), *K* 19 *εἴ τινά οἱ* (I 2) all.

Semel brevem syllabam finalem in hiatu positam sequitur pronomen possessivum *ὅς*: XXV 45 *παρὰ οἷσι πολίταις* (IV 2); cf. Hom. *P* 133 *περὶ οἷσι τέκεσσιν* (IV 2), *Δ* 428 *κέλευε δὲ οἷσιν ἕκαστος* (IV 2).

Praeterea Theocritus etiam ante alia vocabula digammo quondam praedita hiatum sibi concessit; sed plerumque hoc fit in cc. ep., in bucol. autem et mim. sexiens tantummodo (I 41, 86; VI 24; X 28; XV 46, 146). sunt quidem hae voces: *ἄναξ*: XVII 135 *χαῖρε ἄναξ* (I 1) (quae formula in hymnis Homer. saepius sub finem carminis usurpatur; cf. hymn. XV 9, XXXII 17), XXV 150 *αὐτός τε ἄναξ* (III 1); cf. Hom. *Α* 7 *Ἀτρείδης τε ἄναξ* (II 1), *E* 38 *πρῶτος δὲ ἄναξ* (III 1) all. — *ἀνδάνω*: XVII 38 *φαντὶ ἁδεῖν* (III 1); cf. Hom. *ε* 153 *οὐκέτι ἥνδανε νύμφῃ* (IV 2), Hes. Theog. 926 *κέλαδοί τε ἅδον* (III 1). — *ἄστυ*: XVI 84 *μέγα ἄστυ* (II 2), XXV 45 *κατὰ ἄστυ* (II 2); cf. Hom. *Z* 392 *μέγα ἄστυ* (V 2), *η* 40 *κατὰ ἄστυ* (II 2). — *εἶδος*: XXV 40 *μέγα εἶδος* (II 2); cf. Hom. *Γ* 55 *τό τε εἶδος* (II 2). — *εἰπεῖν*: XVII 7 *καλὰ εἰπεῖν* (V 2), 11 *μυρία εἰπεῖν* (V 2); cf. Hom. *Δ* 404 *σάφα εἰπεῖν* (V 2), *π* 151 *πρὸς μητέρα εἰπεῖν* (V 2). — *ἔοικα*: I 41 *ἀνδρὶ ἐοικώς* (V 1), 86 *ἀνδρὶ ἔοικας* (V 1), XVII 63 *πατρὶ ἐοικώς* (V 1); cf. Hom. *E* 604 *ἀνδρὶ ἐοικώς* (V 1), *ϑ* 166 *ἀνδρὶ ἔοικας* (V 1). — *ἕκαστος*: XXV 195 *τὰ ἕκαστα* (II 1)[2]); id. Hom. *Α* 706, *ξ* 375. — *ἔργον*: XV 46 *καλὰ ἔργα* (V 2), XVII 6 id. (II 2), 13 *μέγα ἔργον* (V 2), XXII 42 *φίλα ἔργα* (IV 2), 118 = XVII 13, XXVI 37 *τόδε ἔργον* (I 2); cf. Hom. *Θ* 453 *μέρμερα ἔργα* (V 2), *Α* 518 *λοίγια ἔργα* (II 2), *N* 366 *μέγα ἔργον* (V 2), *K* 303 *τόδε ἔργον* (II 2); Apollon. Rhod. *Δ* 61 *φίλα ἔργα* (IV 2). — *ἔολπα*: XXV 115 *οὐδὲ ἐώλπει* (V 1); cf. Hom. *ε* 379 *οὐδ' ὥς σε ἔολπα* (II 2); Hes. Op. 475 *καί σε ἔολπα* (V 1). — *ἴον*: X 28 *καὶ τὸ ἴον* (I 1); in cc. dub. XXIII 29 id. (I 1); conferri forsitan possit Theogn. v. 250 (pent.) *δῶρα ἰοστε-*

---

[1]) Cf. quae exposui p. 61 sq.

[2]) Minime vero *τὰ ἕκαστα* per crasin, id quod opinatur Kruegermann l. c. p. 6, legendum esse videtur.

φάνων (IV 1); hiatus, qui extat apud Hom. ε 72 λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου, alius est generis. — οἶδα: XV 146 ὅσσα ἴσατι (II 1), XVII 18 φίλα εἰδώς (V 2), XXV 37 σάφα εἰδώς (V 2); cf. Hom. γ 277 φίλα εἰδότες (III 2), O 632 σάφα εἰδώς (V 2), ο 557 ἤπια εἰδώς (V 2). — οἶκος: VI 24 φέροι ποτὶ οἶκον (II 2; hanc lectionem, quam editt. vett. praebent, Meineke in ed. III. suo iure revocavit pro scriptura φέροιτο ποτ' οἶκον, quae extat in libris m, p, s; sed cod. k exhibet φέρει ποτὶ οἶκον), XXIV 22 ἀνὰ οἶκον (IV 2); cf. Hom. ω 358 προτὶ οἶκον (II 2), δ 717 κατὰ οἶκον (IV 2).

B.

Hiatus, quorum ea est natura, ut brevis vocalis, qua vocabulum terminatur, insequente voce, quae semper in initio habebat vocalem, non elidatur, in duas distribuendi sunt classes. atque in alteram eos referemus hiatus, in quibus elisio neglecta excusationem habet metricae versus heroici rationis, in alteram eos, ubi propter ipsam vocalium finalium firmitatem elisio omittitur. ac primum quidem (α) de hoc hiatuum genere exponemus, deinde (β) de illo.

α) In vocibus, quarum vocales finales elisioni repugnant, primum voculae monosyllabae nominandae sunt, velut pronomina interrogativum τί et indefinitum τὶ: III 24 τί ὁ δύσσοος; (III 1), V 10 ἧς τι ἐνεύδειν (V 1), XXV 36 ἠέ τι Αὐγείην (I 2; lectio quidem vulg. libris manu scr. comprobata est ἠέ τοι Αὐγ., sed cum sermonis rationi ea non conveniat, recte se habere videtur coniectura ἠέ τι Αὐγ. ab Ahrensio [in ed. II.] proposita: neque hiatus offendit. Hermann scriptum voluit ἠὲ σύ γ' Αὐγ.); cf. cum his locis Hom. E 465 ἐς τί ἔτι (I 1), ο 83 δώσει δέ τι ἕν γε (IV 2), Hes. Theog. 182 οὔ τι ἐτώσια (III 1). similis naturae pronominum illorum est ratio voculae ὅτι, quae quam raro adficiatur elisione notum est[1]): I 88 ὅτι οὐ (III 2), 91 = 88; cf. Hom. Ω 593 ὅτι Ἕκτορα (III 2).

Huc adiciendos esse censeat forsitan quispiam hos quoque locos: XXII 191 κολεοῖο ἐρυσσαμένω (III 1), XXIV 77 κατατρίψοντι ἀκρέσπερον (III 1), XII 23 ἐθέλοντι. ἐγώ (III 1). sed extant hi hiatus omnes in ea versus sede, in qua etiam infirmissimas vocales, quae facillime patiuntur elisionem, in hiatu positas esse a Theocrito infra videbimus; atque ι in terminatione -οντι tertiae pers. plur. act. ab ipso Theocrito semel (XXII 19 αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοί . . .) eliditur. qua de causa satius esse videtur locos illos alteri hiatuum generi, quod statim tractabimus, adnumerare.

Iure autem hiatus XV 30 μὴ πουλὺ ἄπληστε (V 1) propter vocalem υ elisionis impatientem h. l. in censum veniret, si omnino haec lectio

[1]) Neque tamen elisio a coniunctione ὅτι apud Theocritum prorsus aliena est; eliditur quidem ι huius voculae XI 54 ὤμοι ὅτ' οὐκ ἔτεκέ μ', ibid. 79 δῆλον ὅτ' ἐν τᾷ γᾷ.

probanda esset. verum ea magnas praebet difficultates. codices ipsi variant: k exhibet μὴ δὴ πολὺ (vel πουλὺ) ἅπλ., in libris e, p, a extat μὴ δὲ πολὺ ἅπλ., quas scripturas, cum metro repugnent, vitiosas esse nemo non videt. in lectione autem vulg. forma epica πουλύ offensioni est, quia dialecto, qua hoc carmen conditum est, repugnat. M. Haupt scribendum esse coniecit μὴ πολλὸν ἅπλ., aliis alia placuerunt; haud inepte Buecheler comparativi notionem h. l. desiderare mihi quidem videtur scripsisse poetam suspicans μὴ πλεῖον ἅπλ.

β) Ubi vocalis finalis in hiatu posita ita est comparata, ut facile removeri possit elisione, eget hiatus excusatione ex ipsa versus ratione metrica petita, ac magni est momenti, qua in versus sede ille reperiatur. atque in Theocriti carminibus etiam huius generis hiatus fines sat angusti sunt. in certis enim tantum versus sedibus, quae cum temporis intervallis coniunctae esse solent, talia Theocritus sibi concessit. atque in primis sedes incisionum trochaicae pedis tertii et bucolicae, deinde prior pars thesis primae aptae ei videbantur, in quibus Homeri auctoritatem secutus [1]) hiatus illos admitteret. saepe vero hos etiam cum interpunctionibus convenire videbimus. in sede igitur caesurae trochaicae tertii pedis hi inveniuntur hiatus: VII 8 πτελέαι τε ἐύσκιον (III 1); XIII 24 λαῖτμα· ἀφ' οὗ (III 1), XXII 116 οἶσθα· ἐγώ (III 1), 191 κολεοῖο ἐρυσσαμένω (III 1), XXIV 72 βασίλεια· ὁ δ' ἀνταμείβετο (III 1), 77 κατατρίψοντι ἀκρέσπερον (III 1), XII 23 ἐθέλοντι. ἐγώ (III 1). in cc. dub. versu XXIII 42, quem paucis iam p. 26 tetigimus, Meineke οὐ δύναμ' ἀντιφιλεῖν σε. ἀπαλλάξεις ... (III 1) edidit, quae lectio num vera sit, etsi non certum est, tamen hiatus in ea non offendit. cf. cum hiatibus illis Hom. β 120 Ἀλκμήνη τε ἐυστέφανος (III 1), φ 217 (ψ 73) σῆμα ἀριφραδές (III 1), Θ 503 ἐφοπλισόμεσθα· ἀτάρ (III 1), Φ 175 κρημνοῖο ἐρύσσαι (III 1), Ξ 209 ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι (III 1), hymn. in Ap. 156 θαῦμα, ὅου (III 1) all.

In fine pedis quarti hos invenimus hiatus: I 67 τέμπεα; ἢ κατὰ Πίνδω (IV 2); II 154 μυθήσατο. ἔστι δ' ἀλαθής (IV 2); in cc. dub. XIX 5 μέμφετο, ὅττι γε τυτθόν (IV 2), XXIII 48 ἀπηνέα εἶχεν ἑταῖρον (IV 2); cf. Hom. E 568 ἔγχεα ὀξυόεντα (IV 2), M 320 μελιηδέα. ἀλλ' ἄρα καὶ ἴς (IV 2), Φ 234 ἐπέσσυτο οἴδματι θύων (IV 2), Ω 508 ἀπώσατο ἦκα γέροντα (IV 2) cett.

In priore brevi syllaba pedis primi duo reperiuntur hiatus: XV 32 παῦε. ὀκοῖα (I 1), 149 χαῖρε Ἄδων (I 1), quorum prior graviore interpunctione insignis est, alter ad formulam χαῖρε ἄναξ, de qua modo verba

---

[1]) De frequentia eiusdem generis hiatuum in variis versus sedibus apud Homerum cf. Hartelium l. c. III 71.

fecimus, conformatus esse videtur; ceterum cf. Hom. *P* 16 τῷ με ἕα (I 1), *T* 194 δῶρα ἐμῆς (I 1) all.

In ceteris versus locis inveniuntur hiatuum exempla quattuor, quae qualia sint, ut videamus, reliquum est. sunt quidem haec: VIII 14 ἰσομάτορα ἀμνόν (V 2), 15 θησῶ ποκα ἀμνόν (II 2), XVI 2 κλέα ἀνδρῶν (V 2); in cc. dub. XXIII 3 οὐδὲ ἕν (IV 1). hiatum vero κλέα ἀνδρῶν imitatione Homeri, apud quem saepius hexametri in haec verba habent exitum (I 189, 524, ϑ 73), explicandum esse perspicuum est. atque is, qui carmen XXIII. composuit, in v. 3 hiatum admisit Atticorum ritu (cf. Aristoph. Lys. 1044; Plut. 37, 138, 115, 1182; Ran. 927), qua in re memorandum est verba οὐδὲ ἕν quasi in unum coalescere. maiorem autem praebent difficultatem hiatus, qui insunt in versibus inter se excipientibus VIII 14 et 15. rationem enim, qua Iacobs[1]) eos excusare studuit vocabulo ἀμνός digamma vindicans, haud quisquam hisce temporibus probabit[2]). itaque asperitates, quas exhibet, si rem metricam spectamus, carm. VIII., hiatibus illis haud mediocriter augentur.

---

[1]) Cf. Wuestemanni comm. p. 136.

[2]) Cf. G. Curtii 'Grundz. der griech. Etym.[5]' p. 590.

INDEX.

LOCI
in hoc libello tractati:

VITA.

Carolus Kunst natus sum Svinovii, in vico Moraviae septentrionalis, a. d. V. Kal. Febr. a. h. s. LXI. patre Johanne, matre Carolina, quibus adhuc viventibus quam maxime gaudeo. fidei addictus sum catholicae. primis litterarum elementis instructus Neostadium, in urbem Moraviae haud procul a loco, in quo sum genitus, sitam me contuli ibique per quattuor annos gymnasium frequentavi. per alterum totidem annorum spatium inter discipulos versatus sum gymnasii Olomucensis. maturitatis testimonium adeptus ad almam Musarum sedem Vindobonensem commigravi antiquarum litterarum studio me dediturus. ibi per octiens senos menses scholas frequentavi, quas habuerunt viri clarissimi: O. Benndorf, G. Buehler, E. Bormann, Th. Gomperz, G. ab Hartel, E. Hoffmann, O. Hirschfeld, F. a Miklosich, C. Schenkl, E. Schmidt, Th. Vogt, R. Zimmermann. praeterea O. Hirschfeld ac postea E. Bormann ut exercitationibus epigraphicis, R. Zimmermann ut philosophicis, Th. Vogt ut paedagogicis interessem, benignissime mihi concesserunt. his viris optime de me meritis omnibus gratias ago habeoque quam maximas; in primis autem G. ab Hartel, E. Hoffmanni, C. Schenklii nomina, quorum virorum eximia benevolentia mihi contigit, ut in seminarium philologum reciperer et per quater senos menses sodalis eius essem ordinarius, quique non solum scholis publicis, sed etiam privatis consiliis studia mea semper adiuverunt, gratissimo omni tempore prosequar animo.